I
S
D
B
B

ILL[illegible]
SIMO P[illegible]
DOMINO,

BERTO FRIDERICO, [illegible] C[illegible]
Brandeburgensi, Borußiæ, Stetini, P[illegible]
Cassubiorum & Vandalorum Duci, Burggr[illegible]
Noribergensi, & Principi Rugiæ, &c.
Principi ac Domino suo clementißimo,

S. P. D.

MVLTÆ SVNT imagines ecclesiæ et Scholarum in toto naturæ complexu propositæ. Sed ante alias insignis est illa, que hoc versiculo continetur:

Littoraq; Halcyonem re[illegible]nant & Acanthida dumi.

Halcyone enim, [illegible]m in vasto Pelago oua excludit [illegible]on timet sæuitiam fluctuum, imò impetus aquarum, ventiq; diuinitus cohercentur eo tempore Brumæ, qua auicula Mare incolit, Quod idem Ouidius testatur, cum inquit:

KÓRNICKA
14094/2

ferenda esse bonis caducis & mentaneis, quæ rude vulgus admatur & magnifacit.

Quod cum ita sit, optimè de humano genere mereri censendi ñ sunt, qui Scholas, quæ sunt plantaria horti cœlestis, quæque veri boni fons & origo sunt, alunt & fouent. Quemadmodum enim in agrorum cultura accidit, vt sterilescentibus agris victus desit colonis, Ita pietatis & artium communicatio, legumq; ac disciplinæ vincula è medio tolluntur, sterilescentib. scholis, & neglecta ingeniorũ cultura. Eo nomine & amplissimo Ducatui Borussiæ toto pectore gratulor, quod pio consilio & cõmodo præcipuo vestræ iuuentutis Illustrissimus Princeps Clem. Illustriss. T. Pater Gymnasium munificentia sua bene constitutum existere aput vos voluit, idq; sumptibus munifice sustentat, nimirum animo colligens, quanta bona ex scholis literariis in vniuers. Ecclesiã, & cõmunem vitæ societatem permanẽt.

Cum autem hoc tempore emittere in publicum decreuissem Argumenta, Annotationes Grammaticas & Scholia Textus consignata in Heautontimorumenon & Adelphos Terentñ, quæ omnino existimo vtiliter Iuuentuti literariæ proponi posse, volui & illa Illustriss. Cels. T. dedicare & sub Illustriss. Cels. T. patrocinio diuulgari, vt gratior esset lectio & Iuuentus maiori compendio optimum authorem posit intelligere, qui vnus propemodum excepto Cicerone orationis est magister. Neq; n. tantũ in id incumbere debẽt pueri, vt imperiti faciũt magistri, vt in lectione tantũ formas dicendi & phrases annotent, verum prior cura est habenda Inuentionis, quæ in rerum delectu versatur, altera Dispositionis, quæ Oeconomiam seu partium seriem apte distribuendarum spectat. Postrema Elocutionis, quæ in verborum delectu, proprietate & concinnitate perficiuntur. Et

rum demum rectè discent Iuniores imitari, si ad eam normam bonos Authores audierint prælegi, aut legerint ipsi.

Quo autem possum subiectionis & reuerentiæ studio supplex oro, vt Illustrissima Celsitudo T. & hunc secundum Tomum in Comœdias Terentij clementer accipiat, & voluntatem potius meam, quam scriptū aspiciat & ostendat, Illustrissimam Celsitudinem Tuam artium studia magnifacere. Bene valeat Illustriss. C. T. Datæ Osterfeldiæ Calendis Maij, Anno Domini M. D. LXVI.

Illustrissimæ Cels. Tuæ

Subditus

M. Stephanus Riccius.

STA.

STATVS HEAVTON TIMORVMENON TERENTII, AVTORE Philip. Melanch.

VOLuit Prudentissimus Poeta indicare, vt prestet erudiri adolescentes, & in officio retineri beneuolentia potius & facilitate quadam, quàm vi & importunitate. Non enim ilico nascuntur senes, nec fert iuuenilis ætas, vt senum statim sint similes. Ista tamen facilitas ita se habeat, ne in lecentiam nimiam & impunitatem vergat. Nam licentia omnes fimus deteriores. Oportet autem arte quadam & industria coherceri effrenes iuuenum animos, alioqui fit, vt illi, qui conuicijs & nimia morositate lacessiti ac victi iugum excutiant, & monitorem nimis acerbum aspernentur. Solet enim alioqui iuuentus esse monitoribus aspera, vt ille dixit, quæ res postea ipsis etiam patribus dolori est, dum ægre possint carere. Illi verò, qui nimia indulgentia diffluunt, quia ex Parentum vitio id accidit, merito patres emungunt argento, suntque patribus dedecori, vt sic postea accepto malo vel coacti patres discant impetum & libidinem iuuenilem refrenare & arte quadam cohercere. Huius exemplum præbebit nobis in hac fabula Chremes senex & Clitipho

dolescens. Illius verò exemplum præbebit Menedemus senex. Proinde multum refert, vt habeatur ætatis ratio, ne statim plenam operam exigamus, sed finamus aliquando explere iuuenes animos, dum ætas fert, sicut supra in Andria prudentissimè iudicat Simo pater. Atq; hoc est etiam, quod Phidippus infra in Hecyra dicit: Id vitium nunquam decreui esse ego adolescentiæ. Nam id omnibus innatum est, At pol iam oderit, se quoq; cum oderit. Atq; hic vides, quàm egregiè obseruarit prudentissimus Poëta Terentius τὸ πρέπον personarum, Quomodo enim aliter potuisset describere Menedemum senem morusum, difficilem, & nimis durum, qui non potest iuuenem filium suum frugi alioqui & modestum ferre, sed statim vult sui similem esse. Hoc est, quod Horatius dicit de sene: Difficilis, querulus, laudator temporis acti, &c. Est omninò ferè idem scopus & consilium huius fabulæ & sequentis, ἀδελφῶν scilicet. Nam vtraq; habet parentum vitia.

περὶ τοῦ ὀνόματος ταύτης κωμῳδίας.

Quia ex Græco Poëta versa est hæc Comœdia, Græcum quoq; nomen obtinuit. Est autem inditum nomen fabulæ ἑαυτοντιμορούμενος, ab ἑαυτὸν semet, & τιμορέομαι excrucio, quasi dicat, seipsum ex crucians. Fingitur autem Menedemus senex adolescentem Cliniam filium suum inclementius iusto tractasse,

ctasse, victumque iurgijs & contumelijs domo eieciſſe, & poſtea impotentiſsimè ferre abſentiam filij, adeo vt non lux, non cibus illi ſuauis eſſet. Abierat autem adoleſcens miſinatum ad regem. M. Cic. lib. 1. Off. Rerum omnium nec aptius eſt quicquam ad opes tuendas, quàm diligi, nec alienius, quàm timeri. Præclarè Ennius: Quem metuunt, oderunt. Quem quiſq; odit, perijſſe expetit. Malus eſt enim cuſtos diuturnitatis metus, contraq; benevolentia fidelis eſt vel ad perpetuitatem. Vide vt infra in Adelphis eadem iſdem etiam ferè verbis dixerit Terentius, Errat longè mea quidem ſententia, qui imperium credat grauius eſſe, aut ſtabilius vi, quod fit, quàm illud, quod amicitia adiungitur.

HEAVTONT.

ALIVD ARGVMENTVM FABVLÆ, AVTOR. IOHAN. STIgel. Anno 42.

MENEDEMVS vnicum filium habebat Cliniam, qui cum amaret pauperis cuiusdam ex Corintho mulierculæ filiam (vt credebatur) Antiphilam, nec honestam rationem amoris sui reddere posset, patris duritia compulsus in militiam abijt. Menedemus itaq; impotentius ferens absentiam filij, adeo angebatur animi, vt omnium bonorum suorum auctionem faceret, & rus se conferret dolore ac labore ob illatam filio iniuriam se castigaturus. Interea rediens patre ignorante filius apud Clitiphonem Chremetis filium diuertit, Antiphilam ad se accersi iubet, non impediente Chremete, qui amici Menedemi causa de reditu filij gaudebat. Sed cum Clitipho amaret amicam Bacchidem, vnà illam adducit seruulus Syrus promittens ei decem minas. Hic spectanda est Syri astutia. Nam Cliniæ amicam esse assimulat, & Antiphilam ei olim à peregrina muliere arraboni relictam fingit apud Chremetem, eamq; peti in vxorem à Clinia, sed Bacchidem non daturam, nisi mille nummum receperit. Hanc technam construit, vt à sene argentum emungat, quod Clitipho det Bacchidi. Se

di. Senex non intelligens dolum, hortatur seruum, vt pecuniam in gratiam Cliniæ vel dolo à Menedemo auferat. Interim Antiphilam ex annuli indicio filiam suam esse cognoscit Sostrata, quam olim exponi iussisset, metuens mariti asperitatem, qui si filiam pareret, se nolle tollit affirmerat. Placato igitur Chremete agnita Antiphila spondetur in vxorem Cliniæ. Syrus vbi videt consilium suum aliter cecidisse, ac optarat, aliam viam aggreditur & mira astutia elicit à Chremete decem minas Bacchidi numerandas. Posteaquam verò Chremes ex Menedemo tandem intelligit, se à seruo illusum & Bacchidem amari à filio, multò impotentius fert filij amorem, quàm Menedemus. Sed confirmatus à Menedemo placatur tandem filio promittente se Bachidem missam facturum, & vxorem aliam ducturum. Itaq; conuerso ad felicem exitum negocio, Antiphilam vxorem ducit Clinia, aliam autem Clitipho.

STATVS fabulæ est, quod Terentius ob oculos ponat parentum vitia in educandis atq; instituendis liberis. Menedemum enim nimis durum atque austerum erga filium, Chremetem nimis indulgentem producit. Quemadmodum autem satius est, vt idem alibi inquit, pudore & liberalitate retinere, quam metu, Ita operæ precium est maxime cauere, ne

ne eiusmodi lenitas ac facilitas degeneret in indulgentiam maxime perniciosam etiã ingenijs minime natura malis. Obseruandum etiam est commune omnium mortalium vitium, quo in alienis negocijs plerumq; plus sapimus, quàm in ijs, quæ ad nos spectant, vt idem in Andria: Recta, cum valemus, consilia ægrotis damus.

ALIVD ARGVMENTVM FABVLÆ, PERD. CASP. CRVCIGERVM seniorem.

Vemadmodum in reliquis fabulis poëta Terentius hoc maxime in consilio habuit, vt communium morum in vita diuersa exempla proponeret, in quibus tanquam in pictura aliqua spectari possit, qui euentus, quæ ingenia, quosq; mores sequi soleant, Ita & in hac Comœdia diuersas personas fingit principio senum, deinde adolescentum amantium, adeoq; etiam puellarum, vbi uides, quid in quaq; ætate & persona aut rectè fiat, aut secus. Et cùm

in

in alijs argumentis videtur, hac re vnice delectatus, vt semper commendet illas virtutes quæ propriè vocantur ἠθικαὶ, h. e. quæ in lenioribus & suauioribus ingenijs existunt, & propter mediocritatem precipuè merentur laudem virtutis: tum in hac fabula maximè id genus elucet. Est enim prorsus sedata, &, vt ipse vocat, stataria fabula, vbi nihil nimis vehemens & concitatum est, vt in superiore Eunucho, sed omnia sedate & suauissimis sermonibus aguntur.

DE

DE GENERE ORATIONIS.

ITAQ; genus orationis est maxime conueniens argumento, purum & elegans, nihil habens affectatum & in figuris nihil inuerecundum, aut insolens, qua laude nulla est alia, quæ magis commendet orationem, sicut in excellentibus formis nihil magis decet, quàm natiua simplicitas & puritas sine aliquo fuco aut asciticio ornatu, ac personæ quoq; tales sunt, quas decet eiusmodi orationis genus, senex veteráq;, adolescens Clinia frigi & moderate amans, atq; eius amica Antiphila modesta & pudica, quorum sunt in fabula primæ partes, &c. Tametsi argumẽti & actionis causa additus est et alter adolescens amore perditus, cum amica sumptuosa, cuius patrem planè cæcum fingit in animaduertendis filij vitijs.

DE PARTIBVS COMOEDIÆ.

πρώτασις & ἐπίτασις prior fabulæ.

CLINIA adolescens cum propter patris duritiam profugisset, nec tamen amoris desideriũ ferre posset, clam patre reuersus diuertitur ad sodalem & uicinum Clitiphonem, & eò accersit amicam Antiphilam.

Altera πρότασις.

Sed CLITIPHO cum & ipse amaret, vt patrem falleret, & suo amore commode frueretur, suam amicam adducit in paternas ædes, ac eam fingit esse sui sodalis amicã, cum interim Cliniæ amica seruulæ habitu

habitu lateret. Atq; hic obiter incidit occasio Catastrophes rerum Cliniæ, cum eius amica Antiphila, quæ pro ancilla adducta erat cum Bacchide, reperitur esse soror Clitiphonis.

Ἐπίτασις.

Sed quæ Cliniæ est Catastrophes occasio, eadem Clitiphonis periculi Ἐπίτασιν facit. Erat enim metuendum, si ille suam Antiphilam ad se reciperet, ne Clitiphonis pater deprehenderet illam alteram esse sui filij amicam. Huic periculo Syrus opponit omnia consilia, quorum hoc est præcipuum, ut Bachis una transferatur ad Cliniam. Estq; in hoc perpetua translatio Rhetorica, ubi omnia, quæ ad Chremetis filium pertinent, imputantur Menedemi filio. Sed huic consilio tandem non respondet euentus. Deprehenditur enim res à senibus. Κατάσχοφή.

Chremes Antiphilam inuentam filiam ultrò collocat Cliniæ adolescenti, postea ab eius patre exoratus Chremes placatur etiam suo Clitiphoni.

ALIA PRAEFATIO IN EANdem fabulam, per M. Ambr. Bernt.

Ex nullo alio scriptore melius ac felicius proprietas Latini sermonis discitur, quàm ex uno Terentio, cuius oratio & iucunda est, & maxime accommodata puerorum ingenijs. Est enim plana, simplex, perspicua, nihil omnino habens ambiguum, aut ambitiose affectatũ. In huius itaq; Poetæ perfecte cognoscendis Comœdijs, plurimum operæ ac studij ponant stu-

dioſi, nec ſinant ſe abduci ſtulta illa perſuaſione, quasi omnino ſatis ſit Comœdias Terentij ſemel atq; iterum audiuiſſe, ſed id quod res eſt, exiſtimant tum demum Terentium feliciter cognoſci, ubi ſapiſſimè & lectus & auditus fuerit, qui præ cæteris Comicis hoc habet ſingulare, ut quo ſæpius legantur Comœdiæ, eò magis incitent animum ad eaſdem ſæpius relegendas, ac perfectè cognoſcendas, & tribuunt omnes eruditi hoc Terentianis Comœdijs, quod ſatis eas legere nunquam poſſint propter egregia exempla & ſententias, quibus admoniti ſubinde diſcunt diligentius conſiderare res humanas, & prudentius de illis iudicare.

QVID OBSERVANDVM SIT IN HAC TERTIA Comœdia.

CVM in ſingulis Comœdijs ſingularia quædam exempla de hominum moribus & ingenijs proponantur, imprimis eſt obſeruandum, quod in hac Comœdia Terentius inſtituit depingere uitia parentum, quorum plurimi exemplo Menedemi in liberorum educatione peccare ſolent, quod interdum iuſto inclementius tractent ſuos liberos. Alij uero exemplo Chremetis uelut oculis capti non cernentes inſignia librorum uitia, optimi ſunt monitores, & omnia recta ſperant de filijs. Deprehendentes uero liberos in aliquo delicto, multò plus peccant, & ſine modo iraſcuntur. Ita his duobus exemplis Menedemi

& Chre-

& Chremetis complexus est Poeta insignia uitia & errata parentum, ex quibus primum ad liberos, tum etiam ad ipsos parentes infinita incommoda & mala redeunt. Sed præter hæc exempla parentum diligenter admonet in persona Syri hanc esse imaginem humanorum consiliorum & euentum, quod fere fallant homines maximè eos, qui se magnifice efferunt existimantes consilia esse tutissima.

ARGVMENTI πρότασις.

Menedemus pater intelligens filium Clinian amare Antiphilam, ostendit se in omnibus inclementem, qui assiduis iurgijs tandem compulit adolescentem in militiam profitisci. Huius facti mox pœnituit senem, qui propter amissum filium uendit omnia, & emit agrum, in quo multis ac magnis laboribus uitam finiat. Hunc uicinus Chremes consolatur, & multa monet de educatione, nihil interim solicitus de suo filio, quem existimat probissimum esse.

ἐπίτασις.

Postquam deprehendit Chremes ante miserè compilatus à sumptuoso scorto, & ludificatus dolis serui, filium totum in amore esse, supra modum irascitur, & dira minatur filio. Periclitatur itaque adolescens Antipho ignorans, quomodo se explicet ex tantis turbis, & quid faciat. Item seruus credens se fefellisse utrumq; senem, experitur longe diuersum exitum.

Καταστροφή.

Tandem Antiphila Chremetis filia inuenitur & Cliniæ in uxorem datur. Ignoscit præterea & Chremes filio suasu Menedemi, & Bachide dimissa aliam illi dat coniugem.

ALIVD ARGVMENTVM EIVSDEM IN EANDEM.

Singulæ Comediæ continent quædam peculiaria exempla, quæ monent interdum non longa aliqua descriptione, sed uenustis sententijs, quæ in animis tanquam aculei quidam hærent, quæ in omni uita, quod ad mores attinet, hoc est, ad uirtutes & uicia, sequenda & fugienda sunt. Item de uarietate consiliorum in negocijs, & de eorundem euentu. In ANDRIA insigne exemplum proponitur uerecundi ac moderati ingenij in Pamphilo, cuius mores, studia, & sodalitium accuratissimè describuntur, ut hoc exemplo admoniti adolescentes quisque suæ uitæ & instituendam & habendam rationem existimet, & considerandum esse singulari diligentia, quid eam ætatem maximè deceat. Item non satis esse in adolescentia recte institui, sed omnem uitam constare debere honestis officijs & certis exercitijs. EVNVCHI uerò Comœdia, quæ constat uarietate exemplorum, consilia & exempla habet omnino inhonesta, & habet picturas aliquot egregias, inter quas duæ sunt maximè insignes. Altera Thraso-nis

& Gna-

& Gnathonis. Altera insani amoris, seu, ut Cicero ait, amoris non naturalis. In hac uero Comœdia de proprio parentum officio disputatur, quod est, ut in educandis liberis summam adhibeant diligentiam & ingeniorum singularem habeant rationem: ita ut ingenia, quæ per se modesta sunt, non tractent inclementius. Econtrà seueritate & animaduersione utantur in diuersis ingenijs, ubi opus est. Significat autem Poeta in educatione non raro peccari à parentibus. Alij enim exemplo Menedemi nimis sunt uehementes, & perpetuis obiurgationibus & sibi & liberis plurimum nocent. Alij econtra habentes persuasionem de filijs, quod sua sponte sint omnia facturi, postea quam excesserunt exphebis, tandem sero incipiunt & ipsis stomachari & filios obiurgare. Ita cum utrique nullum modum seruent in educatione, malè consulunt & uitæ & saluti liberorum. Sed præter hanc disputationem, quæ est præcipua in hac Comœdia, adduntur descriptiones adolescentulorum & meretricum, Item consiliorum serui astutißimi, in quibus imago proponitur multorum consiliorum, quæ sæpißime homines fallere solent.

ALIVD ARGVMENTVM EIVSDEM IN EANDEM.

HAEc fabula propter insignem sermonis elegantiam magnam habet & gratiam & admirationem, in qua perdiscenda plurimum operæ de

ſtudij ponere debet iuuentus. Sed eam Comœdiam impenſius quis diſcet, ſi initio ſtatim admoneatur, quæ utilitas inde petenda ſit. Eſt ergo in hac Comœdia principalis locus de inſtitutione ac legitima educatione. Quia ſæpe aberrant parentes peccantes aut nimia ſæuitia & amarulentia, qua prouocant ſuos liberos ad iracundiam & ad quandam deſperationem, aut ſecuritate & negligentia, qua fit, ut nunquam cogitent ac ſero deprehendant filios ſuos delinquere. Deſcribuntur hic parentum uitia, quibus ſibi & liberis ſuis maxime nocent, & ſæpe in maximas triſtitias & calamitates conijciuntur. Porrò hanc totam diſputationem de parentibus, adoleſcentes referre debent ad præceptum de diſciplina ſeu pædagogia, ut diſcant colere & reuereri parentes, à quibus libenter patiantur ſe regi & increpari, nec dubitent ſingularem notam eſſe impiæ & prophanæ mentis, contemnere parentum obiurgationes. Deum etiam certò punituru licentiam illam & contumeliam factam parentibus, adeoq; omnes, qui ſuo uiuunt arbitrio, non uitaturos laqueos mortis. Hos enim Diabolus in uaria flagitia & calamitates præcipitare ſolet, donec prorſus pereant. Sunt præterea & aliæ deſcriptiones in hac fabula, ut adoleſcentulorum, puellæ, & merecricis, item conſilij Syri, in quo proponitur pulchra imago multorum conſiliorum de rebus admodum magnis, quod ſæpe homines ſapientes & callidos fallunt.

ALIVD

ALIVD ARGVMENTVM D. Andreæ Miseni in eandem.

QVia & hæc fabula ex Græco Poeta uersa est, Græcum quoq; nomen obtinuit. Est autem inditum nomen fabulæ ἑαυτοντιμορούμενος, hoc est, seipsum puniens. Sic enim uertit Cicero libro 3. Tusc. Quæst. Senex Terentianus ipse se puniens, uel seipsum crucians. Sic Horat. Sermon. lib. 1. Saty. 11. uertit. Fingitur enim Menedemus senex Clitiam filium suum, quem inclementius & durius tractauerat, quàm pro paterno amore & facilitate, impotentissime desiderare, adeo ut nihil sibi dulce esse putet, nisi illum reducem in patriam habeat. Nam adolescens uictus paternis iniurijs, & nimia senis morositate atq; duritia, profugerat in militiam.

DE TITVLO.

Acta) id est, exhibita, recitata. Inde Actor dicitur, qui moderatus est actionem, δραματοδιδάσκαλος, der mit dem steblein regierte, das die Personen nicht zu nidrig noch zu hoch redeten. Ludis Megalensibus) s. qui sunt instituti in honorem magnæ Deæ Cybelis. Vide superiores Annot. Egit) s. actor fuit, actioni præfuit, hats gespielet. Modos fecit) id est, Musicus fuit, concinit, Modi fuerunt harmoniæ, quæ non à Poetis, sed Musicæ artis peritis primo temperabantur. Acta autem est hæc Comœdia tertium, Anno ab urbe condita 592. Olympiade 154. ante Christum natum anno 160.

EXPOSITIO PERIOCHAE.

Periocha) Hoc est, complexio, compendiaria narratio, seu argumentum fabulae, der inhalt der fabel. Sulpitij Apollinaris) Hoc Apollinari Sulpitio Romae usus est praeceptore Gellius, id quod apparet ex Gellio lib. 20. cap. 5. Durus) s. Meuedemus, Quasi dicat, ubi minime opus erat tali tractatione. Compulit) s. pluribus obiurgationibus. Gnatum) s. unicum. Amantem) Hic indicatur delictum, & causa obiurgationum. In militiam) ἀγόρασις fabulae. Facti pœnitens) da ihn die that hette gerawen. Quia iam abierat filius. Angebat sese animi) aut in animo, utrumq; Latinè dicitur. Diseruciabatur animo propter absentiam filij. Er hermete sich sehr, dedit se angoribus. Est autem antiqua constructio, Genitiuus pro Datiuo. Mox) ἐπίτασις fabulae. Reuersus) s. Clinia ex militia domum. Clam patrem) ohne wust des Vaters. Scortum) s. insigne. Cupitam) s. suam, dilectam, amatam, Seine allerliebste, uel, cuius amore potiri cupiebat. Vt) id est, postquam, uel, cum. Eius) id est, Clitiphonis. Seruulae) id est, pauperculae. Factum) s. est, ut ita ueniret Antiphila pauperecula. Patrem) s. Chremetem. Hic) s. Clitipho. Technis) s. dolis, calliditate. Sene) scilicet, Chremete. Decem minas) s. centum coronatos. Meretriculae) id est, Bachidi. Antiphila) Catastrophe fabulae. Soror) s. quod esset filia Chremetis.

tis. Hanc) ſ. Antiphilam. Accipit) ſ. parentis conſenſu. Quia cogitur meretricem repudiare. Aliam) ſ. Bacbidem. Mina) ein marck ſilbers.

ARGVMENTVM IOHANNIS STIGELII IN PROLOGVM fabulæ.

LAudat Heſiodus æmulationem, quæ fit inter uirtutis amantes citra inuidentiæ aut odij ſtimulos. Sic laudatur æmulatio in Themiſtocle, qua eum Miltiadis tropheum etiam in ſomnis excitauit ad gloriam, non tamen odio Miltiadis. Sic Suetonius ſcribit, Iulium Cæſarem adoleſcentem adhuc apud Gades in templo Herculis conſpectæ Alexandri Magni ſtatuæ lachrymas effudiſſe ac doluiſſe Alexandrum in ipſa adoleſcentia adhuc conſtitutum potentiſſimum regem Darium uicisſe. A ſe uerò id ætatis nihil dum præclare geſtum eſſe. Deteſtanda uerò æmulatio, quæ ex odio erga ſuperiores & feliciores magis proficiſcitur, quàm uirtutis imitatione, ut nunc quidam ſummos uiros æmulatione proſequentes magis conantur deprimere, quàm imitari, cum utrinq; illis à natura uix conceſſum credideris. Itaque mala exempla præbent inuentuti. Sic Lauinius & ipſe Comœdiarum ſcriptor Terentium ingenio ac eloquentia ſuperiorem odio habebat, eumq; conuitijs uulgo traducebat. Itaq; hic producitur actor Comœdiæ beneuolentiam Poetæ concilians apud auditores in odium uocans Lauinij impudentiam ac maledi-

centiam. Quare hic Prologus pertinet ad statum Iudicialem, uel, ut Fabius uocat, statum qualitatis. Quæstio enim est, an Terentius iniustè fecerit, quod ex Græcis authoribus quædam in suas Comœdias transtulerit. Refutatur autem aduersarij obiectio per concessionem Rhetoricam & ἀντιπόφορας, & tuetur se ab exemplo ueterum Poetarum & illustrium Scriptorum. Petit enim attentionem argumento ab honesto ducto, Estq; locus communis: Iustum esse fouere ingenia in Repub. Deinde perstringit Lauinium, ut qui decorum personarum in suis Comœdijs non obseruet. Ad extremum commendat Comœdiam à uenustate orationis, & attentionem studet impetrare à suo erga auditores merito.

ALIVD CASP. CRVCIG.

PRologus est generis Iudicialis, & uersatur in statu qualitatis. Defendit enim studium Poetæ in uertenda Græca Comœdia Menandri, & simul reprehendit aduersarij iudicium: tum etiam confutat obiectionem de elegantia huius fabulæ, quod non sit ab alijs scripta. Sed præterea adduntur & alij quidam loci de persona actoris, & de ingenio Poetæ, item de ipsa fabula, quod puram habeat orationem, qua laude nulla pars Eloquentiæ plus gratiæ potest habere. Porro de his omnibus liberum iudicium relinquit spectatoribus nihil dubitans, quin ita sint existimaturi de hoc Terentij scripto, quod nihil me-

lius,

lius, nec iucundius afferri, aut excogitari à quoquam posset.

ALIVD M. AMBROSII

HVius Prologi, sicut aliorum quoq; finis est, ut aduersarij maledicta firmis argumentis confutentur, & fabula bonis commendetur. Estq; hic Prologus generis Iudicialis. Status uerò est qualitatis. Defendit enim hoc studium uertendi Græcas Comœdias, & laude omne dignissimum & utilissimum est. Porrò his partibus constat Prologus: Initio ponitur propositio, quæ est figurata diuisione seu partitione. Monet enim, quæ ordine dicturus sit in toto Prologo. NARRATIO duos habet partes. Prima est de ipsa fabula, quam dicturus sit. Altera de uoluntate Poetæ in hoc Prologo scribendo, quod uoluerit auctorem senem oratorem esse propter duas causas. Primum, ut ab eo defenderetur contra maleuolos. Deinde, ut per eundem significaret suam sententiam, quod stetit in illa controuersia iudicio bonorum. CONFVTATIO, quæ est principalis pars huius Prologi, in qua erudite præcipuas calumnias & maledicta aduersarij confutat. Primum habet defensionem quare uidelicet uerterit Græcam fabulam, suntq; loci defensionis, concessio & exemplum. Deinde permissionem addita petitione. Permissio est, quod existimandum reliquit iudicibus, quem hoc sit confectum crimen ab aduersario, Poetam uertisse Græcas Comœdias, nulla sua natura, sed aliorum industria.

Petitio

Petitio uerò sumpta est ab officio iudicum. Vltimo loco habet recriminationem de scriptis aduersarij, qui quod præcipuum est in Comœdijs, plane oblitus sit rationis decori. Recriminationi statim subijcitur præcisio de modestia Poetæ in insectando & de multis alijs insignibus erroribus aduersarij. CONCLVSIO sumitur ex genere Suasorio. Tota est adhortatio, in qua pluribus argumentis colligit hanc fabulam dignam esse, quæ ab omnibus bonis cognoscatur: suntq; argumenta duo præcipua, Alterum à persona actoris, Alterum à commendatione orationis in hac Comœdia.

ALIVD EIVSDEM.

PRologus idem habet argumentum cum præcedentibus, in quo defendit Poetam, & aduersarium recriminatur ac terret, Status est qualitatis, quod studium Poetæ uertendi Comœdias Græcas sit licitum, & omni laude dignum. Primo loco ponitur propositio per diuisionem seu partitionem, qua monet, quid dicturus sit in Prologo & quo ordine. Deinde est breuis narratio interserta de fabula, unde sumpta sit per reiectionem, & de persona Oratoris. Narrationem sequitur purgatio, quod liceat uertere Græcas fabulas, & erudite confutat criminationem aduersarij de Latinæ uersione ex Græco & de aliorum ingenijs, quorum opera existimabatur usus Poeta, addita petitione ab officio iudicum, qui nullam fidem

dem habere debent Sycophantis calumniatoribus. Postea est breuis recrimatio de scriptis aduersarij, quæ satis ostendunt illius imperitiam. Vltimo loco ponitur adhortatio, ut cum silentio uelint audire Comœdiam sumpto argumento à persona actoris, & à commendatione elegantis sermonis huius fabulæ.

PARAPHRASIS PROLOGI PER D. CASP. CRVCIG.

NOn dubito, quin plerisq; mirum uideatur, quod senex ego hoc, quod adolescentis est proprium, faciundum suscepi. Quare primo loco eius rei aliquid mihi reddenda est ratio, quo facto breuiter exponam etiam, quare ad uos prodierim, & quid fieri uelim. Comœdiam adfero Heautontimorumenon omnino nouam, & Latinis auribus inauditam, cuius authores primum in lingua Græca, deinde in Latina nominare nihil necesse est, cum antea sint uobis notissimi, & omnino meo officio functus uideor, si de mea persona uos admonuero. Quare ita existimabitis, me suscepisse patres eius, qui defendere Poetam uelit à calumnijs, non qui pro more fabulæ narrationem expositurus sit. Porrò hæc tota actio, quam suscepi, uestro stabit arbitrio, nec diffido, quin sitis futuri iudices æquissimi maxime cum auctor fabulæ, quam hodie acturus sum, longe optimus sit, cuius laborem, quàm iniuste calumniatur aduersarius, uobis æstimandum relinquo. Hoc autem iste maxime uitupe-

rat,

rat, quod in Latinis faciendis Comœdijs multas Græcas fabulas commiſceat, hoc factum ingenue fatetur Poeta, qui omnino id ſibi licere exiſtimat, cum id alij magno cum honore antea fecerint. Deinde ut nihil aduerſarius omittat, quod eſt calumniatoris falſo hoc etiam tribuit Poetæ, quod non ſuo ingenio, ſed nobilium quorundam ſuffragijs clarus euaſerit, quod longe aliter eſſe uos iudicare poteſtis. Quare cum iniuſte accuſetur, ueſtrum imploro iudicium, in quo ſi æquos uos præbueritis, animum addetis ipſi Poetæ, & aduerſarij errore liberabitis, ne ſe defendi credat, qui decorum perſonæ negligere, nihil eſſe arbitratur. Verùm de hominis ſtultitia nolo plura dicere. Nam erit, qui multa indigna audiet, ſi in maledictis pergere uoluerit. Nunc ut ad me redeam, quæſo uos, ut placide me audiatis, quod certe meretur ætas mea iam ingraueſcens, quæ grauiores motoriæ Comœdiæ labores fugiens omnino cupit conquieſcere in hac ſtataria Comœdia, in qua inſignem & penè diuinam ſermonis elegantiam animaduertetis, & meum illud officium qualecunq; uobis gratum futurum exiſtimo, cum nihil aliud ſpectem, quam ueſtrum commodum. Quod ſi fiet, haud dubie multi adoleſcentes meo exemplo uobis inſeruire ſtudebunt.

ALIA PARAPHRASIS PROLOGI PER M. AMBR. BERNT.

NOuum haud dubie pleriſque uidebitur, quod Poeta mihi ſeni prouinciam hoc in loco dicendi manda-

mandauit, cum adolescentes ad hoc faciendum aptiores inueniri potuissent. Quare priusquam dicam, cur ad uos prodierim, paucis hac de re uos admonendos duxi. Integra Græca fabula latina nunc est facta, cuius authores cum plerisq; uestrum non sint ignoti, nihil est necesse, ut hoc loco à me nominentur. Hanc itaq; Latinam Comœdiam Poeta per me agit uoluit, non ut initio argumentum fabulæ exponerem pro more, sed defenderem Poetam à maledictis, ut uestro iudicio maleuolorum iniqua dicta libere possit uitare ac contemnere. In qua re nolite aliquam meam requirere facundiam. Nam præter Poeta commode cogitatam orationem nihil potest afferri aut dici amplius. Nunc audite quæso, quid utruperent maleuoli in optimo scripto Poetæ. Principio reprehendunt, quod dum paucas Latinas ex multis Græcis facit, contaminare uideatur Græcorum fabulas, sed hic egregie errant, & propriam inscitiam produnt maleuoli, qui hoc reprehendunt, quod bonorum exemplo fit, & apud omnes doctos magnam habet admirationem. Alterum, quod uetus Poeta subijcit, est de elegantia huius fabulæ, quam propter inuidiam ingeniosissimo Poetæ omnino adimit. Hunc enim dicit usum fuisse in Comœdia scribenda amicorum suorum ingenio, & ope, & quod illorum scriptis clarus euaserit, sed hoc omnino falsum esse, uos facile potestis iudicare quibus cognitum est ingenium nostri Poetæ. Nunc itaq; cum tota accusatio aduersarij sit iniqua, uestrum imploro iudicium, in quo si æquos uos præbue-

præbueritis, animum addetis nostro Poetæ scribendi plures Comœdias & maleuolum magno errore liberabitis, ne existimet sua scripta probari, quæ quam inepta sint, nunc nolo dicere. Sed tamen nisi finem maledicendi fecerit, pòst dicetur. Vos interim me senem placide quæso audite in hac statauia Comœdia. Nam mea hæc ætas iam ingraueſcens non potest perpetuo sustinere summos clamores & maximas labores in agendis motorijs Comœdijs. Quod ut faciatis, etiam mouere uos debet diuina illa sermonis elegantia huius fabulæ, atq; meum hoc officium spero uobis singulis non ingratum fore, cum præter uestrum commodum aliud nihil spectem & cupiam, quam ut meo etiam exemplo adoleſcentes inuitentur ad ea facienda, quæ uobis uniuersis placeant.

PROLOGVS IN HEAVTONTIMORVMENON, AVTHORE Philip. Melanch.

DII, quotquot estis spectatores, vos ament
Et dent quæ vultis, quæq; velle vos decet.
Conductũ venio aures vestras, linguam & oculos
Aures oculiq; vt pateant, vt lingua taceat,
Qui immites sunt & asperi & intractabiles
Hoc fructus capiunt, nemo ipsis oneri vt siet.
Nam quos admittunt, reijciunt, si non placent,
Qui commodi sunt, plus habent molestiæ.
Nam omnes admittunt, neminemq; reijciunt.

Ita

Ita abutimur nunc vestra beneuolentia,
Qua nuper pulchre iuuit nos vester fauor.
Quando optimam spectastis agentes fabulam,
Sic vt animus tum accesserit impudentia,
Sed inepti, vendicamus qui hoc nobis, sumus.
Nam haud actioni, sed Poëta est hoc datum,
Qui sic vincit cunctos, vt habeat neminem
Secundum, Tanto is comicus est præceteris,
Nequicquam ego istum nunc moror Volcatium
Qui squis est, qui longe post alios hunc locat,
Vt vix in sexto faciat reliquos consequi.
Liceat ab hoc dissentire, & primas dare huic.
Per quem decus retinet aliquod proscenium.
Si tamen etiam meretur, vt ego existimo,
Et vos sentitis, & testis estis mihi,
Præsentia qui vestra ornatis tam males
Actores tam frequente, Tum quoq; fabulas
Huius, pueris proponitis atque sedulo
Inculcatis vestris, perlepidas & bonas
Vnde pericli nihil instat sanctimonia,
Nec sunt bonæ qui mores corrumpant sales
Nec est delectu velut in Plautinis opus.
Hic omnes castæ sunt, omnes sunt vtiles.
Sermo ventustus, elegans, purus, grauis.
Vt puerum pabula decet esse primulum,
Quibus mentes alantur ab incunabulis.
Honestatem vt præ cunctis penitius imbiban't
Mundeq; viuant, & loquantur splendide.
Vtriusq; ex isthoc naturam sibi facient.

Proinde vos, quod vltro cæpistis, date
Operam, vt vestra beneuolentia nos vt excitet,
Iuuentutemq; totam literariam.
Nunc quam afferamus fabulam cognoscite,
Antiquo nomine ἑαυτοντιμωρούμενον
Poeta vocat, vultis, latine dixero,
Sibi ipsi pœnas dantem liceat dicere.
Nam se propter fugatum filium senex
Cura & dolore animi excruciat, miser, suum.
Sed ipsum melius hoc narrante audieritis.
Heus tu quoq; coronate, qui vocem expedis,
Prodi, & vetus argumentum nobis expedi.
Date operam, vt cognoscatis hanc statariam,
Sic vos Dij multis augeant honoribus,
Et perpetuis fœlices condecorent bonis.

FINIS.

SCHOLIA QVAE EXPLICANT TEXTVM PROLOgi Heaurontimorumeni.

PLane Rhetoricus est Prologus maxime ab exordio, id quod ipse Poeta indicat, cum inquit: Oratorem uoluit, &c. Nam Prologi proprie erat argumentũ fabulæ recitare. Deinde uide, quomodo uocet oratorem hunc Prologum. ἄλλως. In hoc Prologo est duplex defensio. Prima est pro Poeta, cur multas fabulas commiscuerit. Nam id aduersarij illi uitio uerterant. Ea enim re contaminari fabulas dixerunt.

rerunt. Altera defensio est pro uctore seu gubernatore actionis ἀπὸ κοινοῦ. In hoc Prologo actor primum reddit causas, cur senex hanc fabulam agendam susceperit. Deinde Poetam defendit, simul aduersarium reprehendens. Postremo à spectatoribus petit, ut se placide atq; attente audiant. Ne cui) id est, ne quis uestrum miretur. Exordium continet captationem beneuolentiæ à personæ ætate. Dedetit partes) i. commiserit, commendauerit officium Prologi siue actoris, hat befohlen. Senui) quasi dicat, cur me elegerit senio confectum actorem & recitatorem Prologi. Partes in plurali numero significat sæpe officium, munus, prouinciam, ein ampt. Item primæ, secundæ, tertiæ partis dicuntur pro primo, secundo, tertio loco & gradu. Poeta) s. Terentius. Adolescentum) s. quæ spectant ad homines floridæ ætatis. q. d. Ego senex ago partes, quæ erant iuuenum. Sunt) s. propriæ. Id) Attentio & docilitas est. Primum) i. statim quidem. Quod) s. propter quod, uel, quare prodierim, quæ sit principalis ratio.

Ex integra) Prima propositio seu narratio, in qua commemorat, quam fabulam uelit agere. Acturus) id est, recitaturis. Heautontimorumenon) id est, seipsum excruciantem. Integra) s. Menandri. Integram) s. latinam. Fatetur hic, quod omnia mutatus sit ex Menandro, quod ad res attinet. Quæ) s. Comœdia. Factam) s. uersam in latinam seruonem à Terentio. Duplex) s. uel

quæ Græcè & Latinè est scripta, Vel, quia habet duplicem & Epitasin & Catastrophen; Clitiphonis scilicet & Cliniæ. Philip. Melanch. putabat hanc esse sententiam: Quia Græca fabula simplex argumentum erat propter unum tantum senem, qui in ipsa introducebatur. In Latina autem duplex est propter alterum senem additum. Aliss ic: Duplex, scilicet, quoniam fecit duos adolescentes amantes diuersas amicas. Deinde fecit duos senes laborantes suis uitijs. Argumento) .i. materia. Ostendi) id est, probaui. Nouam) .i. Latinam, uel, prius non uisam, modo traductam ex Græco, uel, integram Latinam ex Græco sermone uersam. Rhetoricam schema, apodioxis, magna prudentia factum atq; excogitatum: Pulchre capit & trahit ad se uoluntas hominum. Quæ esset) s. cuius nominis, nempe, Heautontimorumenon. Antiquum est, cuia. Nunc) insinuat se purgando. Cui) s. cuius Græci authoris sit Menandri. Dicerem) Transitio. Nunc) propositio secunda, cur senex agat has partes. Didicerim) .i. susceperim, auff mich geladen. Quasi dicat: Quare hanc prouinciam recitandæ Comœdiæ susceperim, paucis dicam, quare passus sum me actorem fieri & recitatorem. Dicere pertinet ad actorem. Edere uerò ad scriptorem. Dabo) .i. dicam. Sic Eclog. 1. Virg. Sed tamen iste Deus qui sit, da Tytire nobis. His uerbis beneuolentiam sibi conciliat, estq; rei petitio propositionis.

Oratorem) s. ut sese defenderem. Prolo-

gum

gum) ſ. non recitarem argumentum. Vocat auc autem oratorem, ut benignius audiatur & tutus ſit contra inſectationem. Oratores enim iure gentium liberi eſſe debent ubique in dicendo. Vide prologum Andriæ, Non qui argumentum narret, &c. Fecit veſtrum iudicium) id eſt, permiſit uobis iudicium, fecit uobis poteſtatem iudicandi, permiſit, ut uos iudicetis de ipſo. Qu.d. Iudicio ſtabit, cadetq; uestro. Me actorem dedit) .i. uoluit me ſuam agere cauſam, impoſuit mihi prouinciam agendi Comœdiam. Dedit) id eſt, deſtinauit, er hat mich darzu erwehlet vnd verordnet. Sed hic actor) hoc eſt, Suauitas & elegantia meæ actionis ſeu pronunciationis reſpondebit acumini & arti inuentionis eius, Ich hoffe, ich wils ſo ehrlich vnd wol fürtragen oder reden, als meiſterlich ers geſtellt hat. Vide Martial. lib. 1. Quem recitas meus eſt, ô Edentine libellus, Sed male cum recitas, incipit eſſe tuus. Vide orato. Ciceronem de actione, & lib. 3. de Oratore ad Quintum fratrem. Dedit) ſ. qui debeam proponere cauſam, das ich es euch ſol fürtragen. Hic actor) ſ. ego recito, ille ſcripſit. Occupatio. Poterit) .i. conſequetur. A facundia) A, ornatus gratia additum eſt. Qu.d. tantum efficiet dicendo. Facundia eſt pronunciandi ſuauitas, Poetæ eſt inuentio, Actoris eſt facundia. Ille) id eſt, Poeta, qui ſcripſit hanc orationem. Cogitare) id eſt, inuenire, erdencken, erfinden. Orationem) .i. Prologum. Dicturum) Loquitur de ſequenti definſione. Commode) .i. prudenter.

Nam) narratio, qua se defendit & æmuli dictum refellit. Maleuoli) Dicit in plurali numero cum tamen solum Lauinium putet, Mißgünner. Distulerunt rumores) haben ein geschrey außgebracht, sparserunt, diuulgauerunt, dißipauerunt. Differre significat interdum procrastinare, auffziehen, ut: Differimus lectionem Terentianum in crastinum. Significat etiam diuulgare, ut hic in Prologo. Item significat, ein vnterscheid sein, Vt, quis non uidet, quantum differat literatus ab illiterato. Inde differentia, vnterscheid. Græcas) scilicet fabulas. Contaminasse) id est, miscuisse, commaculasse, haben vermenget, besudelt, verderbet, Facit) sc. Poeta. Summa argumenti, quo utuntur aduersarij. Latinas) s. fabulas Negat) s. quod ex Græcis fecerit Latinas, ingenue fatetur. Neque) est formula fiduciæ. Autumat) .i. censet, rhümet. Pigere) es ist ihm auch nicht leid, uertere in Latinas. Deinde) id est, posthac, porro, in posterum, zweiter. Habet) Argumentum ab exemplo, ut non ubique euidens est, quando scilicet res turpis est, ita efficax est, si loco utaris, ut hic usus est Poeta. Habet) s. Terentius. Bonorum) s. Poetarum, Plauti, Enuij, & Neuij. Licere) s. permissam esse. Fecerunt) s. in uertendis Græcis Comœdijs. Tum) Secundum crimen. Maleuolus) s. natura. Vetus) est uocabulum uituperij. Poeta) æmulatione quadam est amusus. Hoc modo detrahit aduersario omnem existimationem. Hunc) s. Terentium. Repente)

pente) ſ. non præditus magno iudicio. Muſicum) ſ. ad illud eximium ſtudium. Applicaſſe animum) ſ. dediſſe ſe ad Poeticen. Cic. lib. 1. Offic. Alij ſe ad eloquentiam applicant. Fretum) vertröſt. Amicum) pro amicorum, ſcilicet Lelij & Scipionis, quorum amicicia Terentius familiariſſime uſus eſt. Natura) ſ. induſtria, quaſi dicat, non ſuo marte has ſcripſit fabulas, ſed ab alijs adiutus eſt.

Arbitrium) A ſpectatorum iudicio, eſtq; communicatio ſeu permiſſio. Captat autem beneuolentiam, cum ſpectatoribus iudicandi poteſtatem permittit. Exiſtimatio) .i. iudicium. Valebit) ſoll ſtat haben. Quamobrem) petitio. Cauſatur autem honeſtatem, id quod maxime in petitionibus fieri ſolet. Plus poſsit) .i. plus ponderis habeat. Propoſitio à proprio officio iudicum. Vos) ſ. iudices. Plus) Non μαθηματικῶς dictum eſt. Iniquum) pro iniquiorum. Aequum) pro æquorum, qui petunt, quod æquum eſt. H. e. qui habent bonam & iuſtam cauſam. Facite) ſcid vns günſtig. Sitis amatores æquitatis & iuſtitiæ. Date) ſ. iuuate alios quoque Poetas, qui uobis ſuas fabulas ſpectandas exhibent. Addit ſpecialem cauſam. Copiam) vergünnet. Non allegat unum Terentium, ſed & omnes bonos Comicos ſecuturos Terentium. Copiam) ſ. Poetis bonis. Cum enim uni aut alteri benigne fit, prouocantur alij quoq; ad uirtutem. Creſcendi) ſ. faciendi plures nouas, ne opprimantur à maleuolis. Nouarum) ſ. Comœdiarum. Eſt genitiuus pro accuſatiuo.

Locus communis est, Honestum esse, bona ingenia fouere in Repub. Nouarum spectandi) pro spectandarum nouarum. Gerundia genitiui casus apud ueteres incerti generis ac numeri fuerunt. Plautus: Nominandi istorum erit magis, quàm edundi copia. & habent passiuam significationem in tali constructione. Date) Last die Poeten auff kommen. Qu. d. Si uultis esse spectatores, animum quoq; Poetæ scribentis confirmate. Faciunt) s. qui exhibent bonas fabulas. Qu. d. Facite uestro iudicio & studio, ut incitenter Poetæ ad nouas fabulas scribendas. Sine uitijs) .i. sine aliqua reprehensione, erroribus. Qu. d. Qui eiusmodi fabulas uobis exhibent, in quibus nihil contra decorum & ordinem peccatum est ab ipsis. id quod factum est ab aduersaria, qui non potest hoc dictum Poetæ ad se detorquere, cum non sine uitijs uobis faciat copiam spectandi suas fabulas. H. e. In quibus multum est uitij. Ne ille) s. aduersarius. Pro se) s. sui gratia. Vt magis conciliet spectatores, obijcit aduersario uitium, peccasse scilicet eum contra τὸ πρέπον, ita ut reddat inuisum æmulum. Dictum) s. si non adiuuaretis bonos. Recriminatur aduersarium obijciens ei uitia. Qui nuper) Breuiter dicit in summa, quod qui cupit esse Poeta, non dignus sit nomine Poetæ. Qui) s. aduersarius Lauinius. Fecit) .i. finxit, introduxit. Currenti) s. nihil loquenti. Decesse) pro, decessisse. Cur) Addit reprehensionem. Seruiat) s. populus in Comœdijs, qui sunt spectatores. Qu. d. Quare bonoris causa

causa de uia decedat. Insano) ſ. seruo. q. d. Quare debet cedere populus contra decorum, & morem usitatum.

De illius) Præcidit reprehenſionem. Quia boni uiri non delectantur maledicentia, estq; comminatio, qua terret aduersarium, eaq; usus est ferè in omnibus Prologis. Dicet) ſ. Poeta Terentius. Alias) ſ. Comœdias. Facit) ſ. desinet lacessere. Adesse) Nostri præcones dicunt, schweigt vnd hören. Postrema pars orationis est generis Deliberatiui, sicut prior pars fuit generis Iudicialis. Sicut enim hactenus dixit pro Poeta, ita nunc rogat, ut senem placide audiat. AEquo) ſ. fitis fautores mei instituti. Date) i. iuuate. Stataria) ſ. hanc Comœdiam quæ non habet magnos motus, ubi multum est consiliorum, parum pugnarum. Menedemus enim se cruciat ab absentia filij. Tria autem sunt genera Comœdiarum, Motoriæ, Stataria, & Mediæ. Motoria Comœdia est, in qua sunt personæ multum discurrentes, multi affectus, quos uocant πάθη. Stataria autem est, quæ habet πάθη crebriores & non habet magnos & uehementes motus, ut hæc est. Stataria) id est, quietam, sedatam, placidam, non turbulentam, ut sunt Motoriæ. Ne) Descriptio motoriarum fabularum. Seruus) personæ in motorijs Comœdijs. Iratus) i. morosus. Edax) ein fresser. Currens) ſ. occupatus, sollicitus. Potestatem) ſ. tanquam hi, quos in iudices elegi. Per silentium) ſ. sine aliquo impedimento. Ne)

à sua persona. Assidue) s. sine intermissione. Seruus) Periphrasis est motoriæ Comœdiæ. Currens) quia hoc est officium serui. Edax) s. cui semper est animus in patinis. Clamore) s. cum magna contentione uocis & animi πάθει. Sycophanta caluminatorem significat. Est autem eiusmodi, qui prodit & damnat insontem, quiq; fraudem machinatur alicui, Breuiter impostorem significat. Tractum est nomen à σῦκον, ficus, & φαίνομαι, ostendo. Vide Plutarchum in Solone, ex quo apparet non esse factum à σῦκον καὶ φάγειν, h. e. commedere, ut inepte quidam nugantur.

Mea causa) s. ut per silentium agam stataria Comœdiam. Propositio de sua persona planè ἠθικὴ. Mea causa) id est, mea gratia. Inducire) balt es parfier. Hanc) scilicet, quod peto. Minuatur) s. ut actio sit aliquanto facilior. Allegat, quid maxime debeat tribui senio. Mihi) s. senio confecto. Laboris) s. in agendo. Nam) obliqua accusatio. Hanc causam) s. ut sitis mihi æquiores, & cum silentio spectetis. Pars) Caussa petitionis à sua ætate & laboris magnitudine. Nouas) s. Comœdias. Parcunt) i. non habent rationem personæ. Laboriosa) i. si aliqua Comœdia non Possit agi sine graui labore, die viel mühe kost. Vide prouerb. Nihil aduersum. Nam nunc) Amica translatio in scriptores Comœdiæ, qui tantum scribunt motorias Comœdias. Nouas) s. Comœdias Latinas. Parcunt) s. non habent rationem actoris senio confecti.

Quasi

Quasi dicat, delectantur motorijs Comœdijs. Laboriosa) .i. motoria. Ad me) s. senem. Lenis) s. facilis, sedata, stataria Comœdia. Ad alium) s. ad alios actores. Gregem cum contemptu dicit & nominat Scenicorum turbam, qui agunt Comœdias. In hac) .s. Comœdia. Laus fabulæ, seu insigne iudicium de hac fabula. Vide ut ipse Poeta de suo ingenio glorietur, qui potuerit non minori eruditione ac arte statarias fabulas, & pacatas scribere, quam contentiosas illas, in quibus plurimum ubiq; est turbarum. Commendat autem hoc loco fabulam à puritate sermonis. Pura) .i. propria, latina, syncera, nitida, non conspurcata, in qua nihil est peregrini non æstuans affectibus, sed tranquilla, ut decet senes. Pura) s. quæ constat uocabulis latinis, deinde phrasi. tertio figuris. Experimini) erfahret es. Possit) s. tam in motorijs, quam in statarijs Comœdijs recitandis. Ingenium) scilicet, senile. Si) Ab anteactis. Ista mire grata sunt multitudini. ἄλλως, Argumentum, quo capit animum iudicum & omnium spectatorum, allegans honestatem. Si) s. siquidem. Statui) pro, constitui, vmb gewinst willen gestellt. Arti) s. histrionicæ. Arti) meiner mühe. Quam maxime) &williglich. Exemplum) Repetitio adhortationis. Statuite) .i. uestro fauore me complectamini q.d. Præstate mihi eam beneuolentiam, ut alij adolescentes hoc exemplo inuitentur ad studium gratificandi uobis. Studeant) s. sich vnterstehen. h. e. Erga me dagatis, quod adolescentum animos ad uestram ob-

lectatio-

lectationem, utilitatemq; accendat. Studeant) sequærant publicum commodum. Sibi) scilicet, quærere tantum priuatum commodum. Taxat. Terentius omnes istos abusus, qui tum temporis erant.

ARGVMENTVM IOHAN. STIG. IN ACT. I. SCE. I.

Quanquam hæc, &c.

MAximam partem argumenti hac Scena Poeta explicat, quod in Prologo, quo minus faceret, in caussa aduersarius fuit, cui erat pro rei necessitate respondendum. Cum autem nomen inditum sit Comœdiæ à sene seipsum excruciante, statim initio producitur Chremes, qui assiduo labore sese in agro macerantem Menedemum alloquitur, eo consilio, ut consolationem afferat perturbato animo. Itaque captat beneuolentiam à nuper inchoata amicicia & à uicinitate, maxime referre in amicicia sentiens habere bonum uicinum, quæ sententia alibi etiam est apud Hesiodum: ἔμμορέ τοι τιμῆς, ὅστ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ. Deinde incipit obiurgare & libere admonere amicum argumentis ab honestate atq; utilitate ductis. Item à communi hominum inter se officio. Qua occasione Menedemus adductus commemorat filij amores, & qua duritie ab ipso sit in militiam abire compulsus, ostendens se nimis seuere tractasse filium, & ob id ipsum labore ac sudore rustico suam uehementia in ulcisci statuisse. Duo autem loc

commu-

communes obseruandi hic sunt. PRIOR est de amicitia siue de ciuili hominum inter se societate ac beneuolentia, ut honestissime dixerunt Stoici: Homines esse hominum caussa generatos, Et iactatur vulgo Platonis sententia: Nos non nobis ipsis tantum nasci, sed ortus nostri partem patriam, partem amicos sibi uendicare. Inde est, quod Aristoteles docet lib. 7. Ethic. Amicitiam utilitati hominum deuinctam esse. Et Cicero libro 5. de finibus bonorum & malorum docet, communem hominum inter homines & naturalem quandam esse commendationem, quid oporteat hominem ab homine ob id ipsum, quod homo sit, non alienum uidere. Hinc illa sententia eiusdem Ciceronis de Amicitia, solem è mundo tollere uidentur, qui amicitiam è uita tollunt. Et Socratis illud: Omnium esse pulcherrimam possessionem, habere syncerum amicum, cuius consilio atq; opera in re dubia uti possis. POSTERIOR locus communis est educatione liberorum. Nihil autem difficilius recta institutione, & quantum refert, ut recte instituantur liberi, usum est hic exemplum Lycurgi annotare, quod his uerbis recitat Erasmus. Lycurgis is, qui Lacedæmonijs leges condidit: cum conaretur ciues suos à moribus præsentibus ad temperantiorem uidendi rationem traducere, eosq; uirtutis ac honestatis studiosos reddere (nam erant corrupti delitijs) duos educauit catulos eodem patre, eademq; matre progenitos, quorum alterum passus est domi luxurioribus uesci cibis. Alterum eductum uenationibus exercuit.

exercuit. Deinde cum ambos deduxisset in forum apud multitudinem, posuit illic spinas simul & escas aliquot lautiores, mox emisit leporem, cumque uterque raperetur ad assueta, alter escas, alter leporem inuaderet, An non uidetis (inquit) ciues, duos catulos, cum eiusdem sint generis, tamen propter diuersam educationem admodum dissimiles inter se euasisse, plusq; sæpe ad honestatem momenti habere exercitationem, quam naturam. Nam natura nemo adeo ferus est, qui non mitescere possit, si adhibeatur recta institutio, quæ ab omnibus dictis ac factis hominis solet elucere, & talis est, qualis quisque instituitur.

ALIVD CASP. CRVC.

IN hac Scena Terentius perinde ut etiam in alijs Camœdijs solet, argumentum fabulæ exponit, & occasiones eorum, qui sequentur. Est autem congressus senum plenus humanitatis, & uelut exemplum communium officiorum in amicitia. Ac continet grauissimas sententias dignas ætate senili, & ἔθη longe suauissima. Ac tota oratio mirum in modum est suauis, qualem senibus solent tribuere Poetæ. Exordium habet beneuolentiæ locum figuratum occupatione, quare uicinum ante non notum liberius admonet. Et sumitur ratio à iure uicinitatis, quæ multum valet ad amicitiam. Postea sequitur propositio, continens obiurgationẽ, Malefacis, cum te sic crucias, & re-

Et

Et argumenta adduntur ab ætate & facultatibus, Menedemus primum asperius respondet pro decoro tristis personæ. Sed Chremes pulcherrimum ἦθος opponit à communi officio humanæ societatis, & quod est boni uiri, policetur illi consilium & operam suam. Ita ab illo impetrat, ut exponat causas sui doloris, &c.

ALIVD M. AMBRO.

QVod in alijs Comœdijs Terentij fieri solet ut prima Scena exponat argumentum & occasiones fabulæ, idem & hic obseruatur. Porro describitur colloquium senile plenum humanitatis & officiorum, in quo sunt multæ & uenustæ ac graues sententiæ. Principio Chremes nouus uicinus uidens Menedemum admodum tristem esse, & quod assiduis laboribus ætatē consumeret, familiariter cum homine loquitur, reddens rationem sui aduentus, & obiurgans, quod tantopere se cruciet. Tandem nihil deterritus asperiore responso liberaliter policetur suam operam, & simul impetrat, ut Menedemus exponat ordine causas sui doloris. Cæterum narratio senis inprimis est hic obseruanda. Est enim eleganter aucta descriptione occasionem & aliarum circumstantiarum. Tum etiam habet aspersa multa ornamenta Rhetorica, in qua exponitur, quomodo filius amare cæperit, Idem patris cum filio iurgia. Deinde additur euentus quod filius uictus iurgijs & contu-

contumeliis paternis militatum abierit. Tandem subijcitur descriptio mœroris paterni propter abitionem filij, quæ est amplificata Hypotyposi ac collatione. Postremo hunc miserrimum senem amice reprehendit Chremes, & simul addit consolationem, quod magna spes sit, ut breui filius redeat.

ALIVD EIVSDEM.

IN prima Scena longa narratione occasiones fabulæ commemorantur, & in ipso simili colloquio multa monentur, & præcipiuntur de officijs humanitatis. Item de industria in Oeconomia, sine qua omnis labor infœlix est, propterea quod in industria plus positum sit ad opes parandas ac conseruandas, quam in ullo labore. Accedunt præterea & alij loci, ut de affectibus parentum erga liberos, quos cum non moderantur ratione, facilime in alterum partem peccant, ut aut nimium duri, aut nimium indulgentes sint. Item de uersitate ingeniorum, quorum alia, quæ sunt sanabilia, si modus adhibeatur, facile reuocantur in uiam. Alia uero, quæ sua natura prauа sunt, nulla ratione regi possunt. Præmittitur autem narrationi uenusta obiurgatio, qua utitur Chremes, non ut uicinum à labore deterreat, sed ut adhortetur ad industriam, & dehortetur delabore illiberali. Exordium sumptum est ab officio fidelis uicini, per quandam insinuationem, quo simul liberat se suspicione manis curæ & uicinit item tanquam firmis-

simum

simum amicitiæ uinculum prædicat. Exordium sequitur propositio, continens obiurgationem additis rationibus ab ætate, à facultatibus, & à proprio officio boni patrisfamilias. Propositioni subijcitur humanissima responsio à naturâ hominis, qua primum excusat se, quod nequaquam modum excedat in commonendo & obiurgando uicino, ut quem maxime cupiat suis dictis & rationibus deterrere, ut pericula rerum, honoris, & uitæ suæ fugiat. Deinde, quod parum curet offensiunculam, quæ ex commonefactione illa proficiscitur, modo ut prosit uicino. Hanc obiurgationem claudit inuitatione ad causæ narrationem, quare tantopere se excruciet perpetuis curis & laboribus. Narratio Menedemi, in qua exponit causas præsentis tristitiæ, aspersa habet egregia ornamenta, & uersatur in continua quadam commemoratione primum paterni amoris erga filium, deinde obiurgationis propter amorem filij, postea euentus obiurgationis: postremo mœroris patris propter filij abitionem. Hanc narrationem concludit senex recitatione sui consilij, quod propter absentiam filij perpetuis curis & laboribus se excruciare uelit. Huic narrationi Chremes interserit & subijcit lenes reprehensiones & amicas consolationes.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE Maseni in Act. I. Scen. I.

Quanquam, &c.

VEl vicinitas) Plinius lib. 8. cap. 5. & 6. Præstandum est, ut uicini te diligant. Infra, Quod ego, &c.

Quod ego in propinquâ parte amicitiæ puto) Primus est locus communis, quo ornauit exordium. Vide sententiam Catonis de re rustica: Bonus uicinus esto, Huc refer sententiam Hesiodi: Bonum uicinum, esse rem ualde utilem & bonam. Contra uero malum uicinum esse rem perniciosissimam.

Neque te respicis) id est, non parcis tibi, Non habes rationem tuæ ætatis. Infra in Phormione: Respice ætatem, du schoneſt dein nicht, du nimpſt deiner nicht war. Infra, Non enim respicis.

Facit, ut te audacter moneam) Alter locus communis est de officio monendi amicos. Audacter, hoc est, libere, & sine assentatione, quæ libertas tamen debet coniuncta esse cum familiaritate. Hoc est, Admonitio amici debet carere acerbitate & contumelia. Vide disputationem Ciceronis in libello de Amicitia.

Si sumas in illis exercendis, plus agas) Pertinet & hoc ad ornatum. Huc refer sententiam Catonis: Frons occipitio prior est. Item: Paterfamilias familiam exerceat. Cato de re rustica cap. 4. & 5. Repetit Plinius lib. 19. cap. 5. & 6.

Homo sum humani à me nihil alienum puto) Humanitatis est curare aliena, & affici miserijs eorum etiam, quibus cum nulla uel amici-

amicitia, uel familiaritas, neq; ullum uicinitatis ius intercedit. Sic enim debemus esse comparati inter nos, ut alij alios iuuemus, alijs prosimus, & perpetuo conseruemus publicam societatem hominum. Est enim uerissimum, quenq; non sibi, sed etiam alijs natum esse. Huc pertinet etiam egregius locus ex Epistola Matij lib. xi. Epist. antepenult. ubi Matius satis erudite discernit humanitatem ab officio, & officium ab humanitate. Quod Cæsaris mortem lugeat, hoc se officio permotum facere. Non enim non posse se accerbissime ferre casum tam miserabilem Cæsaris tanti amici. Et ut nulla amicitia sibi cum Cæsare interceßisset, tamen se humanitate coactum fuisse, ut doleret, & inique ferret casum tam clari & tam multis rebus ornati uiri Cæsaris. Hunc locum repetit etiam Cicero lib. i. Offic. Est enim difficilis cura rerum alienarum, Quanquam Terentianus ille Chremes, humani nihil à se alienum putet. Est igitur sententia, Quod te & tuas res curo, ea in re non tam amici, quam hominis officio fungor. Nam aliorum incommodis non affici, uere non est hominem esse, quâ ab humanitate nomen accepit, sicut honestissime disputat Cicero in Tuscu. Exuere igitur humanitatem, est uere hominem exuere, &c.

Mihi sic est usus) Etiam hunc totum locum repetiuit Cicero lib. 5. Tusc. quæst. Ancillas, seruos, nisi eos, qui opere rustico faciundo facile sumptum exerceant suum, omnes produxi ac uendidi, inscripsi ilico ædes mercede. BEMBVS legit, Exerce-

rent, additq; in suo uenerandæ uetustatis exemplo adscriptam glosam, Exercerent, hoc est, resarcirent, hoc est, In sumptu exercerentur suo. Virg. lib. 8. Ferrum exercebant, pro, In ferri fabrica exercebantur. Deinde sic legit: Inscripsi ilico ædes, Mercedem quasi talenta ad quindecim coegi. Inscribere ædes idem est, quod Cicero passim uocat proscribere, ut, pro P. Quintio, Non commode posse quæ proscripsisset uendere, Et lib. 3. Offic. Sic tu cum proscribas ædes, tabulam tanquam plagam ponas, domum propter uitia uendas, &c. Plautus in Trinu. Inscribere dixit, Aedes uenales hasce inscribit literis, &c.

Proinde) h. e. perinde. Infra in Phor. Proinde expiscare. Vide Vallam lib. 2. c. 51.

Animum ægrotum) Supra in Andria Act. 2. Scen. 2. Ipsum animum ægrotum plerunq; ad deteriorem partem applicat.

Nisi ex nimio ocio) Locus communis est, Ocia dant uitia. Ouid. Ocia si tollas periere Cupidinis arcus. Quæritur Aegysthus, quare sit factus adulter. In promptu caussa est, desidiosus erat. Cato de re rustica: Homines nihil agendo male agere discunt. Huc refer alias innumerabiles similes sententias, ubi Poetæ insectati sunt illiberale & turpe ocium.

Ego istuc ætatis) πρέπον decorum senile. Horat. in art. Poet. Difficilis, querulus, laudator temporis acti se puero, &c.

AEtate & beneuolentia) Bembus sapientia legit pro beneuolentia.

Quo

Quo mihi miseriam lenirent) Seruius ad Cicer. lib. 4. Epist. 5. Longinquitas temporis minuat atq; molliat. Infra: Diem adimere ægritudinem hominibus.

SCHOLIA QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. I. SCEN. I.

Quanquam, &c.

Actus) δρᾶμα, ein trum oder handel, est pars fabulæ uel principale membrum. Scena) ein hütlein, umbraculum, & sunt partes actuum. Deinde per Metonymiam accipitur Scena pro duabus aut tribus personis, quæ colloquuntur,, & quamdiu durat ille congressus, dicitur Scena. Solebant autem plurimæ Scenæ extrui in theatro, unde uariæ personæ prodirent. Argumentum Scenæ est: Initio Chremes Menedemum obiurgat, quod labore minime necessario se cruciet: & causſam eius reire quirit. Deinde cum audit mœroris causſam esse absentiam filij, quem iurgijs & contumelijs domo ejectum impotentius desideret, consolatur eundem, atq; confirmat. Exponitur itaq; in hac Scena occasio fabulæ, ut solet fieri à Terentio. ἄλλως. Generis est Deliberatiui seu Suasorij. Suadet autem Chremes, ne Menedemus nimio & immenso labore se cruciet. Continet etiam hæc Scena comparationem laboriosæ & tranquillæ uitæ. Quanquam) Exordium sumptum est ab occupatione, & habet locum beneuolen-

tiæ ab amicitia & ex uicinitate. Est autem peruenusta insinuatio. ἄλλως. Exordium ductum est ab insinuatione: quia ueretur, ne importune interpellet laborantem, habentq; talia exordia captationem beneuolentiæ. Hæc) Ipse hoc, quod potuit obijci, diluit. Quasi dicat: Illi non debent monere alios, qui non sunt familiarissimi. Nuper) id est, noua, recens, frisch vnd new. Est) .s. incepta. Qu. d. Hæc familiaritas est admodum noua. Est) .s. intercedit. Inde) daher, scilicet, ab eo tempore. Agrum) .s. quod est meus uicinus. A Circumstantia temporis. Nuper) pro nupera, id est, noua & recens. Plautus dixit hominem nuperum ac nouitium. Proximo) .s. loco. Est Ecclipsis. Nec rei) Confessio Fuit) .s. mihi tecum. Qu. d. Nulla familiaritas præterea intercessit. Tamen) Sequitur officium uicini. Fuit) .s. præter uicinitatem. Virtus) id est, probitas, frömkeit. Virtus maxime conciliat honestos homines, & est firmissimum fundamentum amicitiæ. Vicinitas) nachbarschafft. Vide prouerbium: Non sunt amici, amici qui degunt procul. Hinc Hesiodus monet, uicinos potissimum ad conuiuium uocandos esse. Quod) scilicet, uinculum amicitiæ, aut quam uicinitatem. Vicinitas debet haberi in uicina parte amicitiæ. Quod) .s. uicinum esse & uirtute præditum. Me facit) per pleonasmum adiectum est, & est imitatio Græca. Quod) Græca constructio, ubi post fœmininum, Vicinitas, sequitur relatiuum neutrum, Quod, quasi dicat: Facit ut ego moneam.

moneam. Quod) ſ. quia. Ratio prima propoſitionis à decoro ætatis, Non (inquit) recte facis: quia debes habere rationem tuæ ætatis. Præter ætatem tuam) id eſt, aliter, quam tua ætas poſtulat, aliter quàm deceat ætatem tuam, ſupra quàm conueniat ætati tuæ, quàm uires tuæ ferre poſſint. Præter) ſecunda ratio Propoſitionis ab inutili: Es ſatis diues & ſenio confectus. Allegat ita facultates. Audacter moneam) propoſitio cui ſubijcit duas rationes, quarum altera ſumpta eſt ab ætate ſenili, quæ debet à laboribus aliena eſſe, ſicut inquit Cicero: Senibus labores corporis eſſe minuendos. Altera ratio ſumpta eſt à facultatibus, quod ſit diues, neque opus habeat, ut conficiat ſe laboribus.

Nam) Explicat illa duo membra de ætate & facultatibus, utq; oratio plus ponderis habeat, Ordiatur ab interrogatione & exclamatione. Res) ſcilicet, præter neceſſitatem. Satis enim diues es. Audacter) ſ. liberius. Nam proh) propoſitio, quam amplificat argumento ab ætate. Interrogat ſimul autem & obiurgat. Nam) Tranſitiua particula. Proh) obteſtantis. Quæris) ſ. inceptas. Annos) Repetit, quod dixit, præter ætatem. Senibus ſunt labores minuendi. Plus eo) deſto mehr. Eo) ſcilicet, quam ſexaginta. Coniicio) id eſt, quantum coniectura poſſum aſſequi. Agrum) A facultatibus, uel à connexis. Vide, quomodo miro conſilio augeat, & exaggeret effectus mœroris, quem alter ſenex enumerabit. Nam ſic miro conſilio peruenie-

tur ad narrationem. Agrum) .i. emptum, gutt, erbe. In his regionibus) an diesem orthe, in dieser grentze, in diesem fluehr Quid vis) ſ. in quem finem aut usum laboras Meliorem) ſ. fertiliorem. Vult dicere, quod satis sit diues. Preci) pro precij, Apocope est. Seruos) ſ. habes ad colendum agros. Nemo) ſ. seruus in domo tua. Proinde) ſ. perinde. Officia) ſ. seruilia, pro officijs, est Archaismus. Attente) .i. tam diligenter, tam sedulo, so vleißig vnd genaw. Fungere) pro fungeris, Nunquam) Amplificat hanc obiurgationem. Illorum) ſ. seruorum. Repetit propoſitionem per expoſitionem. In fundo) .i. in tuo agro. Vide Pro: Ruris fons. Nunquam) per Eclipſin est omiſſum, enim. Quin) ſ. ut non. Arare) id est, perpetuo laborare. Denique) ſ. in summa. Remittis) id est, nullum das tibi tempus uacuum labore. Tempus) ſ. quin labores, ocioſum, uacuum. Te) id'est, tuam perſonam & ætatem. Hæc) id est, Hæc tibi non faceret uoluptatem. Dilutio occupationis. Objcere enim potuiſſet Menedemus, quid facerem? Labor mihi dulcis est. Coniectura à præcedentibus.

At enim) occupatiuncula. Tertia ratio à proprio officio patrisfamilias. Dices) ſ. hoc modo poßis dicere. Est pleonaſmus. Hic) ſ. ruri. Fiat) ſ. à seruis. At) Coniunctio aduerſatiua, qua utimur in occupationibus. Pœnitet) id est, parum uidetur, non satis facit, es düncket mich noch zu wenig sein, was für arbeit hier geſchicht. Hæc est propria

significa

significatio, in qua usi sunt boni authores. Supra in Eunucho: An pœnitebat flagitij te authore quod fecisset. Quod operæ) .i. quam operam. Est Archaismus. Responsio ad obiectionem. Faciundo) id est, laborando. h. e. dum tu laboras. Sumas) s. illud operæ. Officium est boni patrisfamilias, exercere familiam, & consilio atq; præsentia sua illorum operas gubernare. Nam hortando, instandoq; plus agit, quam si ipse laboret: Ideo Themistocles inquit, plus ualere consilium, quàm manum. Plus agas) s. plus effeceris tua industria. Illis) s. seruis. Agas) s. possis agere. Potentialis est modus facere, opus, mit der handt arbeyten. Exercendis) id est, incitandis, anhalten, anschicken. Oculos domini pascit equum. Optimus est fimus, qui cadit in agrum de calceo domini. Frons domini plus prodest agris, quàm occipitium, Ein guter zuseher richtet wol so viel aus, als drey arbeiter. Tantumne) Ferè ita accidit, ut foris, non domi sapiamus. Fit enim, inquit Cicero 1. Offic. nescio quomodo, ut magis in alijs cernamus, quàm in nobismetipsis, si quid delinquitur. Agas) id est, proficias, promoueas.

Chreme) Menedemus primo satis rigide & aspere ei respondet tanquam ægre ferens interpellari, ut utitur loco communi: qui ipse habet, quod domi agat, non debet anxie indagare, quid alij faciant. ἄλλως. Reprehentiuncula, Fingitur eum omnino ægre ferre istam repræhensionem uicini, & utitur satis graui sententia, quæ potest accommodari in eos.

qui curant res alienas. Chreme) Appellantis est cum quadam indignatione. Re tua) ſ. domestica. A tuis negocijs familiaribus ſ. contra tuam utilitatem. Confert ocium contra illa, quæ dixit, quod non sic deberet laborare, & respondet acerbius pro decoro personæ. Nihil est mihi ocij, ich hab nichts zu schaffen. Nihil ad te attinet, Es gehet dich nichts an. Homo) Respondet aptißime. Natum est argumentum ex ipso fonte, quod non tantum cogitet pro se, sed etiam de commoda uicini. Nam debet esse homo homini Deus. Hac breui sententia complexus est Terentius omnia, quæ possunt dici de amicitia. ἄλλως ἦθος, à communi officio humanæ societatis. Estq; consutatio sumpta ex loco honestatis. Alludit autem ad Platonis dogma: Homines hominum caussa generatos esse, ut ipsi inter se alij alijs prosint, ἄλλως ἦθος, & argumentum ab Etymologia, hoc est, Ego illis humanitatis studij ducor. Plato: ἕκάσος ἡμῶν οὐκ ἑαυτῷ μόνον γέγονεν. Vide autem ut ubique consentiant uerba rebus, quam apposite descripserit senum uores, alterius suauis, commodi & humani. Alterius uero morosi, tristis, ac seueri. Cicero citauit hunc locum lib. 1. Offic. Homo) Argumentum à coniugatis, estq; Enthymena. Homo) .i. natura sum ita conditus, das menschlich ist, des nehme ich mich auch an. Alienum) id est, quod ad hominem pertinet. Quasi diceret: Humanitasis est curare aliena; Ein mensch sol dem andern helffen. Puta) .i. existima. Explicat, argumento ab officio amicè

repetit

repetitio. Hoc) scilicet, ne te excrucies & labor conficias. Percunctari) s. quæ est caussa huius laboris. Percunctari) .i. interrogare. Hoc) scilicet, mea illa reprehensione. Est ablatiuus. Monere) s. quod maxime debeas facere. Percunctari) s. uolo audire rationem. Admonere decet, deterrere non decet. Rectum) Quasi diceret: Illud est proprium officium hominis. Faciam) scilicet, ut moneam te. Non) s. rectum est. Deterream) scilicet, non ideo reprehendo, ut ab industria, sed ab illiberali labore abducam, ab administranda familia. Deterrere) id est, ab incepto retrahere. Mihi sic vsus est) scilicet, ut ita laborem, es gefellt mir also. Vsus est) Plautinum, pro opus est. Sic infra in Adelph. Moneo, quid facto usus fiet. Infra in Heautont. Periculum ex alijs facito, tibi quod ex usu fiet. VVillichius exponit de consuetudine, at sit sensus. Mihi sic usus est, hoc est, Sic soleo facere. Pertinet hoc ad descriptionem nimij cruciatus. Facto) pro facere, Das ist meine weise, ein ander behalt seine weise. Ipse breuiter signat, quod porrò non debet facere, aut illum admonere. Face) Archaismus pro fac. An) colligit ab absurdo. Cruciet) s. ut maceret se curis & laboribus. Νουθαλικῶς dictum est, quod debet semper quasi seipsum consolari, quod debet iste perferre. Hominis est, ut boni consulat, quicquid acciderit. Mihi est) scilicet, sic usus, ut perpetuo laborẽ, ut excruciem me. Nollem) s. cruciare, dolore, Es ist mir leid. q. d. Doleo, si quid tibi ægre est ꝛc. & est. Mali) s. quod

te tan-

te tantopere crucias. Nollem) ich gunnete dirs nicht. Quæso) Sunt tantum occasiones sequentis narrationis. Laboris) s. si quis labor esse necessarius, nollem te reprehendere.

Eheu) Dolentis interiectio est. Sed quid) Conclusio, in qua monet & inuitat, ut uelit narrare causſam, quare sit tam tristis. Mali) s. propter quod te tantopere crucies. Tantum) scilicet, quare te tam misere crucias. Eheu) Vox ducentis alta suspiria. Non potest causſam dicere sine magno dolore. Ne lachruma) plenum est humanitatis, & est consolantis. Fac me) Me, per Pleonasmum abundat, Istuc) id est, rei, causſæ. Retice) id est, sile, cæla, Est inuitatio. Verere) s. meam personam. Crede) Pollicitatio. Consolando) His tribus adhibitis in uera amicitia nihil magis est exoptandum. Iuuero) ich wil dir beystehen vnd helffen. Estq; hic egregie depictum, quomodo nos creauerit Deus. Pollicitis diues quilibet esse potest. Scire) id est, uis, ut ordine dicam causſam mearum ærumnarum. Menedemus aliquo modo recipit animum. Hoc) scilicet, cur me sic cruciem. Hac) s. scire cupio. Repetit pollicitationem. Dixi) s. ut subueniam tibi, & te consoler. Dicetur) s. quicquid est. Fingit illum senem stantem & cogitabundum. Interea) s. inter narrandum. Rastros) id est, ista ferramenta rustica. Rastrum est generis neutri in singulari numero. Rastri uerò in plurali numero est generis masculini. Kärſte. Ne autem frigeret actio, immiscetur hoc de

rastris

raſtris. Ne labora) adhortatio, laß die arbeit vnterwegen. Minime) ſ. deponam raſtros. Agis) .i. te cruciando, wie ſtelleſtu dich alſo. Sine) uide, ut commutarit ſuperiorem ſententiam: Nullum remittis tempus. Quod) pro aliquod. Quam rem) ſ. quare hoc uis facere. Sine) ſ. hoc facere. Vacuum) ſ. ne ſim otioſus per unum momentum. Est imago, quomodo ſenes ſint pacatioris uitæ negligentiſſimi. Sinam) ſ. ut labores & loquaris ſimul. Geſtus eſt. Ah) Depoſuit raſtros, eſtq; dolentis. Facis) ſcilicet, quod liberas me iſto onere. Hui) Admirantis, & ſunt uerba geſtus. Hos) ſ. raſtros portas. Apoſiopeſis eſt, & admiratio ponderis raſtrorum, quibus ſenex utitur. Sic) pro tale. Nunc) Ille iterum monet. Loquere) ſ. quare te excrucies.

Filium) NARRATIO eſt, qualis ſolet in principijs fabularum poni ſummam argumenti ordine complectens, & aucta deſcriptione occaſionum & aliarum circumſtantiarum. Principio exponit amorem filij, mox patris cum filio iurgia à turpi, item à paterno exemplo, &c. Deinde euentus exponitur filium militatum abiiſſe, & adduntur figuræ, Noemata, quibus filij factum excuſatur. Tertio ſubijcit expoſitionem ſui mœroris propter filij abitionem figuratam Hypotypoſi & ſubiectionibus Rhetoricis, cum ſuam ac filij fortunam confert, ex qua collatione colligit ſibi non eſſe in ocio uiuendum, cum illius præter meritum & duritia patris miſere uiuat. Alter ſenex primum ſubijcit leuem reprehenſionem facti paterni

ferri ex collatione officiorum. Postea addit consolationem, quod speret illum breui rediturum esse. Filium) Primum dicit de affectu patris. Vnicum) Monet hæc fabula, quid ferè peccent parentes. Nam alij ob leuia delicta tumultuantur, alij contiuent in grauissimis. At) Correctio, estq; pathos ex dolore profectum. Imo habui) Vide prouerb: Fuimus Troes. Habeam) s. filium. Quasi diceret: An perieritin bello, nec ne. Quid ita) s. dicis, aut dubitas te habere filium. Istuc) s. ut non habeas filium. Est è) Ab amore filij & occasione reprehensionis. Hic) s. Athenis. Ille) s. filius. Aduena) dictum est, quod non fuerit honesta. Pro vxore) id est, loco uxoris. Prope) Exponit uocem, perdite. Filiam) scilicet, Antiphilam, quæ credebatur esse eius filia, cum reuera esset filia Chremetis. Pro vxore) iam non amplius pudebat. Omnia) s. fecit. Grata est Eclipsis. Vbi rem) Accusatiuo sui à nimia seueritate, & à uulgato uitio parentum. Hinc discendum est, humanitate quadam tractanda esse puerilia ingenia. Rem) id est, amore filij. Non humanitus) id est, humano more, quasi dicat, Non ut humanitatis ratio postulabat, Non ut hominem, Non ut patrem decebat, sed iusto immanius & inclementius, duriusq; quod lingua uernacula dicere possis, Ich bin zu viel vnmenschlich mit ihm vmbgangen. Aegrotum) ad corpus pertinet, ægrum ad animum. Cœpi) Incipit seipsum reprehendere pater. Vi) s. tractabam, Facit quandam translationem. Peruulgara) id est,

id est, usitata, wie die väter pflegen zu thun, Sicut parentes solent facere. Vide initium Adelphorum, ubi tractatur hæc quæstio: Vtrum præstet liberos tractare ui, an beneuolentia. Aegrotum) id est, infirmum. Quotidie accusabam) ich schalte ihn teglich, non humanitus, neq; ut decuit patrem. Accusabam) s. propter amorem. Hem) s. inquam. Mimesis est. Locus communis est, adolescentes esse arcendos à libidinibus, exercendosq; in labore. Vide 1. Offic. Ciceron. Hem) Interrogatio ab indigno. Facere) scilicet, amare alienam. Amicam) s. sine mea uoluntate. Accusabam) .i. pro meo iure duriter cum illo expostulabam. Licere) scilicet, liberum fore. Ignoras) id est, me non satis nosti, Haud meum nosti stomachum uel indignationem, du kennest mich noch nicht recht. Subiectio est. Me) s. meum imperium. Erras) Comminatio. Clinia) non uocat filium. Credis) s. te posse impune facere. Meum) scilicet, filium. Ego) ponit, qualis sit. Facies) id est, dum ostendes te probum. Tantisper) id est, tamdiu. Dignum) Ludit in contraria sententia: Quod te dignum, Quod me dignum. Ornatus de officio liberorum. Facis) id est, Si non geris te. quemadmodum decet filium. Inuenero) pro, inueniam meo iure, du solt sehen, was für ein spiel ich mit dir wil anrichten. In te) id est, aduersum te. Inuenero) s. quomodo ulcisear te. Potentialiter est dictum: & est Enallage modi, Nulla) Noema. Nam ocium est puluinar Sathanæ, Cato. lib. II. cap. I. de re rustica:

Homines

Homines nihil agendo mala agere discunt. Huc refer sententias Poetarum: Ocia si tollas, &c. Quantus AEgysthus, &c. Nulla) Argumentum à caussa amoris. Fit) s. ut adolescens in amorem incidat illicitum. Nimio) .i. abundanti. Breuissimæ uerba sunt, sed tamen multa comprehendunt.

Ego) Argumentum à suo exemplo. Vide autem, ut obseruarit prudens Poeta decorum personarum, cum senem ita appositè describat gloriantem de sua ætate. Atq; hoc est, quod Horatius inquit de sene: Laudator temporis acti. Istuc ætatis) id est, adolescens existens. Est Atticismus, cum essem ista ætate. Asiam) id est, ubi sunt continua bella. Hinc) id est, Athenis. Abij) abgereisset. Dabam) id est, non indulgebam amori, ich pflegete der Bulschafft nicht. Asiam) scilicet, militatum. Ibi) id est, in Asia. Rem) gut vnd ehre. Belli) s. militia. Reperi) pertinet ad laudem senis. Quasi diceret, Paraui, ich habe vberkommen. Res) scilicet, de filio meo. Redit) i. perpetuo obiurgando. Tertia pars, quæ est euentus & pulchra descriptio optimæ naturæ. Victus) id est, non potuit ferre meam obiurgationem. Signum est uerecundæ naturæ. Eadem) .i. eadem obiurgationes. Grauiter) id est, cum magna molestia. Rem) Hæc duo potissimum strenuis militibus comparantur in militia. Victus) s. à propositio malo reuocatus s. amore. Putauit) Commendatio bonæ naturæ. Scire) id est, intelligere. Beneuolentia) Refertur ad patrem. AEtate) Ad senem refertur.

Audi-

Audiendo) &weil er offtmahls vnd schwerlich das muſt hören. Regem) ſcilicet Perſarum. Me) ſ. Patrem ſuum. Abijt) ſcilicet, diſceſſit filius meus. Sic uicius obiurgationibus. Chreme) Propter affectum addit compellationem. Clam) id eſt, me neſciente. Prouidere) Vbiq; enim ſenibus tribuitur laus iuſticiæ, ſapientiæ, & prudentiæ. Vide infra in hac fabula. Act. 4. Scen. 1. & Act. 5. Scen. 2. Item uide orationem Mimicij apud Liuium lib. 2. Dec. 3. Quid ais) Admirantis eſt. Clam) Argumentum alterum, quod fuerit timidus & uerecundus. Clam me) Quia non auſus fuit prodire ad me. Abeſt) Amplificatiuncula pro paterno affectu.

Ambo) id eſt, uterq; peccaſtis. Tu peccaſti, quod eum durius obiurgaſti. Ille, quod non libenter accepit. Interſerta eſt reprehenſio, ſed amica tamen. Etſi) Concedentis. Inceptu) ſ. ortum à filio. Tamen) Subijcit excuſationem. Pudendi) i. uerecundi. Inſtrenui) id eſt, ignaui. Signum) ſcilicet. quod ita abijt. Inſtrenui) ſ. non illiberalis, non inertis, de quo magna ſpes eſt. Menſes tres) Er iſt ein viertel iahrs außgeweſt. Ambo) Noema ſiue Epiphonema. Vbi) Quarta pars eſt expoſitio ſui mœroris. Propter abitionem filij figurata Hypotipoſi ex collatione. Vbi comperi) De ſuo dolore pergit dicere. Vide autem, ut tota hæc oratio plena ſit affectibus ſenilibus, qui dolorem animi ob oculos ponunt. Comperi) ſ. ſcio per inueſtigationem. Ei) ſcilicet, filio. Conſcij) die vmb ſeine ſachen

gewuſt haben, H. e. eius ſodales. Comperi) ſcilicet, abiiſſe in Aſiam. Domum) ſcilicet à foro. Incerto) ich war nicht bey mir ſelbſt, Planè neſcirem, quid deberem facere, das hertz were mir ſchier gar entfallen vor groſſer ſchwermütigkeit. Incertus animus dicitur, ein verzagt hertz. Obſeruabunt hic obiter adoleſcentes naturam affectuum eſſe, turbare homines, & è ſuo ſtatu deijcere, quemadmodum mare ventis concitatum neſcit conſiſtere tranquillum & immotum. Aſsido) Hoc eſt Rhetoricum ſchema, quod dicitur, Articulus. Aſsido autem eſt tertiæ conjugationis. Accurrunt) Hypotypoſis eſt. Nam rem ita deſcribit, quaſi eſſet præſens. Soccos) id eſt, caligas. Video) Dicit, quod omnes fuerint in officio. Alios) id eſt, ſeruos. Lectos ſternere) das bette zurichten. Iuxta morem ueterem, qui cubando cœnabant, tam apud Græcos, quam apud Latinos. Horatius: Sæpè tribus lectis uideas cœnare quaternos. Aparare) Ad dignitatem & pompam, quiſque pro ſe ſedulo faciebat, Es thate ein ieglicher, ſo viel ihm müglich war. Omnia faciebant ſumma diligentia, Es richte ein ieder das ſeine auß. Significat cum hoc uocabulo, admodum fuiſſe diligentem familiam. Quiſque) ſ. in ſumma. Sedulo) id eſt, Omnia fiebant ſumma diligentia. Lenirent) id eſt, ut aliquo modo me lætum redderent. Vbi video) Deliberatio de ſuo futuro conſilio, Seu occaſio, quæ auxit luctum ſenis. Hæc) id eſt, in mea familia. Huc omnia ſpectant, ſe iuſtè & merito dolere, cum filium

ſua

Iua iniuria expulerit. Hem) Ingemiscentis est uox. Tot) id est, serui. Subiectiones, quibus suam & filij fortunam confert. Solius) .i. propter me solum. Singularis phrasis est. Expleant) id est, mihi satisfaciant, inseruiant, mein pflegen, vnd außwarten. Interrogationes istæ consciæ reddunt dolorem animi. Vestiant) Expositio per distributionem. Faciam sumptus) id est, Ego sustentabo tantam familiam. Pater magnos sumptus mea caussa facit, der vater wendet viel gelt vnd guts auff mich, Er leist viel vnkost auff mich gehen. Solûs) id est, sine filio meo. Sed gnatum) Collatio. His) .i. sumptibus. Quem) s. gnatum. Affectus amplificatus ab ætate iuuenili. Amplius) Correctio. Quod) id est, quia. Eum) per pleonasmum abundat. Vtenda) Hic passiuæ positum est. Iniustícia) id est, nimijs iurgijs, hertigkeit. Qu. d. Nimium obiurgando nullum modum seruari potui. Iusta uerò, ut in Andria significat, inde. Iniustícia) id est, inhumanitate uel importunitate mea, nimia inclementia & seueritate. Aetas) id est, iuuenilis. Vti) Hoc loco passiuè ponitur. Aliâs est Verbum Deponens. His) scilicet bonis. Quem) s. filium. Amplius) s. decuit eum uti. Idonea) s. quam senilis. Est) pro, fuit. Enallage. Malo) consilium & conclusio totius narrationis, Ich were wirdig, das man mich mit ruthen streiche, so ich das thete. Depingit stulti parentis imaginem. Reputem) id est, uolo reputare me. Si id faxam) id est, si uolo retinere familiam. Vel, quod

solus uelit perfrui illis uoluptatibus. Nam) Ratio & alius affectus ab amore patriæ. Vsque dum) .s. quamdiu. Colit) id est, in militia est, uiuit, die weil er das arm leben führet. Carens) .s. filius. Ob iniurias) .i. mea culpa. Patria) Ouid. Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Ducit, &c. Supplicium dabo) id est, Me illius caussa excruciabo, illum ulciscar de me, Me illius uice puniam, ich wil ihn an mir rechnen. Ich wil mir wehe thun. Illi) .i. filio. Supplicium dare, straff leiden. Laborans) Alia πάθη ab incommodis præsentibus & secuturis. Laborans) Participia pro Gerundijs, pro laborando, quærendo, &c. Exponit, quodnam sit supplicium, quod uelit filio satisfacere. Ita facio) Addit quod cœperit hoc facere. Facio) .i. iuxta hoc consilium. Quærens) .s. rem. Parcens) .s. in uictu. In ædibus) Dicit, quare sit ruri. Nihil) Explicat superior, distributione. Vas) id est, totam supellectilem. Corrasi) id est, omnia compilaui, uendidi, Ich habe es alles zusammen gerafft. Faciundo) Vide Linacrum lib. 1. c. de Participio. Sumptum) id est, parent uictum. Nisi) .s. non uendidi. Est particula exceptiua .s. præter. Produxi) .i. uenales exposui Ich habe feyl geboten. Ich habe sie zu marckte geführet. Hinc productores, qui uirgines abducunt, & eas ad quæstum exponunt. Vendidi) .s. ancillas de consuetudine, quæ olim fuit. Illico) .i. uendita familia. Inscripsi ilico mercede ædes) Ich habe mein hauß feil geboten. Mercede) Wie ehewr ichs

wolt

wolt geben. Locationem ædium significat, non liberam uenditionem annotauit Riccius Lugiensis in suo apparatu linguæ Latinæ. Coegi) .i. conflaui, congessi, Ich habe zusammen bracht. Hinc dicuntur coactores argentariorum, qui pecunias cogunt. Ad quindecim talenta) Talentum ualet sexcentis coronatis. Decem ualent sex millia coronatis. Quinque ualent tria millia coronatorum. Ergo quindecim ualent nouem millibus coronatorum. Apud nos facit 12000. floren. Renensium aureorum. Atticum magnum Talentum magna uis pecuniæ fuit. Quantum apparet ex Iulio Polluce, ualet commune talentum 600. coronatos. Producere merces, &wahr zu marckte bringen. Exerceo) id est, fatigo, macero, laboro. Decreui) Ich habe es kurtz Creutz bey mir beschlossen. Repetitio consilij. Facere) pro facturum, id est, compensaturum esse iniuriam labore & parsimonia, Ich wil ihm abtrag thun, Ich wil es wider herein bringen. Minus) pro, non. Miser) id est, inops. Qu. d. Ego posthac dabo meo filio supplicium & perpetuo laborabo. Huius loci facit mentionem Cicero 3. Tusc. Quæst. Fas esse) s. decreui. Expositio sui consilij. Bembus sic legit: Nec mihi fas esse ulla me uoluptate his frui. Fas) Collatio suæ personæ & filij. Hic) id est, in agro. Particeps) .i. meus hæres, aut meus filius, ad quem præcipua pars harum uoluptatum spectat. Participem uocat filium. Saluos) pro saluus. Vetustum est & Græca imitatio. Particeps) s. filius, qui mecum debet frui

istis bonis. Est blanda & suauis Periphrasis filij.

Ingenio) ἐπιφώνημα & est lenis reprehensio ex collatione officiorum. Leni) lindo weich, scilicet te esse propitium patrem. Lenis est, qui lenioribus, humanioribus, mitioribus affectibus commouetur & rapitur, qui facile potest commoueri ad misericordiam. Illum) s. obsequentem. Liberos) Antiqui etiam unum filium, filiámue liberos in multitudinis numero appellabant. Vide Gell. lib. 2. cap. 13. Illius) .i. illius ingenium & naturam. In liberos) Liberos multitudinis numero dixit, cum Menedemus unicum haberet filium. Constat enim antiquos Oratores, Historiæq; aut carminum Scriptores, etiam unum filium, filiámue liberos multitudinis numero adpellasse. In Hecyra: Qui illum decreuerunt dignum suos cui liberos committerent. Cicero: Eu cui tuos liberos committas. Neque) pro decoro fingit senem de officijs disputare, & locus constat collatione. Vtriusq; enim peccatum confert. Atqui iterum immiscet locum communem, qui ad ornatum orationis pertinet, ut solet, ne ieiuna sit narratio. Neque re ille) s. satis nouerat. Noueras) s. quod esset adeo strenuus ac uerecundus. Qu. d. Non satis perspexeras filij ingenium. Commode) id est, iusto & æquo tempore. Recte) id est, commode, & cum quadam mediocritate, ita ut neq; sit nimis blandus, nec nimis austerus. Neque te) s. quod esses adeo leni ingenio. Verum) Exponit, in quo ab utroq; sit peccatum.

Est

Est] locus communis de officio parentum & filiorū. Vere) rechtschaffen, recte, uel uere, hoc est, simpliciter, aperte, sine fuco ac simulatione. Locus communis est de officio parentum & liberorum, parentes aliquando ostendere debent liberis, quantopere ipsos ament. Liberi econtrà debent insciis parentibus nihil agere. Viuitur) id est, ubi non seruatur uera educandi ratio. Hoc) s. peccatum in alteram partem. Noema quoddam. Viuitur) id est, ubi non habetur diligens ratio recte instituendæ uitæ, Vbi non recte instituitur uita. Vere) id est, recte, candide. Penderes) s. faceres, Quàm charum eum haberes, Quàm esses pater lenis. Ille) scilicet filius tuus. Aequum) s. credere. Tibi) s. ea. Ita est) Concessio. Quod) s. si ostendisti, quanti penderes filium. Hæc) s. quod filius abijsset, & tu ita te macerasses. Ausus) quia durus fuisti. Quod) scilicet, utrunque. Factum) s. à te & filio. Menedeme) consolatur Menedemum. Spero) Addit amicam consolationem, quod magna spes sit filium breui rediturum. Spero) id est, confido. Propediem) bald. Ita res) scilicet, quemadmodum dixisti. Maximum) pro, maxume. Faxint) id est, faciant, ut cito ueniat. Ita est) Es ist der mangel an mir am meisten. Facient) s. Dij. Commodum) id est, opportunum, so dirs gelegen ist, so dirs bequem ist, so sey heute mein gast. Maxime) id est, ego peccaui, quia nimium fui durus. Menedeme) Amicissima est compellatio. Confido recte) Ich hoffe, es wird gut werden.

Illum) Ratio. Omissa est particula, enim. Prope-diem) Circumstantia temporis. Facient) Confirmantis est. Nunc) Inuitat ad cœnam. Dionysia) id est, Bacchanalia, fastnacht, wir halten kirchmeß. Dionysia sacra fuerunt Bacchi, quem Græci Διόνυσον uocant, à Latinis dicta uel Bacchanalia uel Liberalia. Erant autem Dionysia duplicia apud Græcos: Μικρὰ Διονύσια, hoc est, parua Bacchanalia, quæ quotannis celebrabantur. Deinde uocabant μεγάλα Διονύσια. h. e. magna Bacchanalia, quæ non quotannis, sed tertio semel anno innouabantur. Atq; hæc uocata sunt τριετηρικὰ, h. e. triennalia. Trietericorum meminit etiam Virgilius & Ouid. Apud Romanos celebrabantur Bacchanalia XVI. Calendas Apriles. Ouid. 3. Fast: Tertia post Idus lux est celeberrima Baccho. Non possum) s. esse apud te in conuiuio. Parce) Commutata est sententia: Te non respicis. Parce) s. abstinendo à laboribus & lachrymis. Idem) s. ut tibi parcas. Absens) πάθος, à uoluntate filij. Conuenit) es schicket sich nicht. Summatim repetit summam totius illius superioris quærimonie. Illum) s. filium. Cur non) s. uelles interesse. Quæso) Obsecrantis. Parce) s. tuæ ætate à laboribus. Hoc) s. ut sis lætiore animo. Non conuenit) Perseuerat in sua sententia. Fugere) s. laborem. Illum) s. filium. Ipsum) s. laborem. Est sententia) s. non poteris persuadere, quantum audio, Siccine statuisti, ist das denn dein lauter ernst. Et tu) s. uale. Nihil opus) Prodit

iterum

iterum à uicino Phania. Bene vale) Cum magno dolore salutat uicinum. Lachrymas) Signum humanitatis summæ, Er hat mir schier die threnen auß den augen gelocket. Monitore) scilicet, uicino, uocatore. Vocatores proprie dicebantur, qui ad cœnam uocabant. Eius) scilicet, Menedemi. Monere) .i. commonefacere promißi sui. Moror) id est, detineo. Vide Prouerb. ζοφοροδόρπιδες. Præsto) s. conuiuas. Sed quid) Parasceue ad sequentem Scenam. Concessero) .i. concedam. Crepare) krachen. Miserer) id est, Ego doleo uicem suam. Amicorum omnia debent esse communia, maxime cum res sint aduersæ. Sed vt) Excusatio suæ abitionis. Diei) s. uespertinum. Monere) s. uocare ad cœnam. Nihil opus) Iam discedit à uicino. Egomet) Addit repræhensionem sui.

ARGVMENTVM IOHAN. STIG. IN ACT. I. SCE. II.

Nihil adhuc, &c.

REdiens ex militia Clinia & clàm diuertens ad Clitiphonem, inuitauerat ad conuiuium amicam suam Antiphilam, quam aduentum suum differræ ægre ferens, consolationem à Clitiphone accipit. Quo in loco obseruandum est, quanta animorum coniunctione ad uitia facile rapiantur adolescentes, qui eiusdem sunt consortij nisi in eos parentum inspectione mature animaduertatur. Tradunt enim hic mu-

tuas operas Clinia & Clitipho. Itaq; interueniens Chremes, & à filio de reditu & consilio Cliniæ certior factus occasione oblata, ab exemplo Cliniæ præscribit filio honestioris uitæ præcepta. Tractatur locus communis, parentibus esse omnino obœdiendum etiam asperioribus. Cum enim satis pro dignitate dici non possit, quantus sit parentum amor erga liberos, quos natura etiam uel inuitos ad amandos liberos (ut inquit Seneca) cogit, Idcirco eorum in liberos imperium sanctissimum, augustimumq; haberi debet. Sic enim expressa diuina Lex præcipit, proponens præmia liberis obsequentibus, & contumacibus pœnas. Nam parentum contemptores grauissimas pœnas luere, & historiæ, & experientia testatur. Inde illud est: Quale præmium rependes tuis parentibus, tale à liberis tuis expectare debes, Vel: Patri quod feceris, à natis spera tuis.

ALIVD CASP. CRVC.

SVperiore Scena expositum est argumentum de abitione filij, & patris solicitudine, Nunc reliqua pars argumenti pertexitur, Exponit enim, Cliniam rediisse desiderio amicæ, & metuentem patris conspectum diuertisse ad uicinum Clitiphonem, Exordium est Clitiphonis consolantis sodalem hospitem ægrum ex amore, & hortantis, ut bene speret, In huius sermonem incidit de improuiso pater Chremes, Cui commode offertur hoc nuncium de reditu Cliniæ.

Sequi-

Sequitur ergo narratio, filium Menedemi rediisse, sed metu parentis latere, &c. Et quia cum filio pater disputat, adduntur aliquot graues sententiæ, quibus refutat querelas Clitiæ de suo patre, Ac philosophatur de liberorum officio erga parentes etiam duriores ex causa consilij & uoluntatis parentum, quod ideo duriores sint, ut pertrahant eos ad uirtutem, atq; hæc facto epiphonemate ad suum Clitiphonem accommodat, ut ista tanquam sibi dicta accipiat, &c.

ALIVD M. AMBRO.

EXposito argumento de abitione filij & de dolore patris, Additur nunc descriptio, quomodo Clinia in militiam profectus domum redierit. Nam illius reditus præbet occasionem turbarum & periculorum, quæ sequentur in hac Comœdia. Cæterum redit Clinia magna cum desiderio puellæ, metuens autem patris conspectum ad Clitiphonem summum suum familiarem diuertitur, ubi ilico nuncium mittit pro accersenda Antiphila. Hunc itaq; hospitem admodum ægrum ex amore humanissime consolatur Clitipho iubens bene sperare, propterea quod amica sine omni mora mox uentura sit. Interim Chremes pater de improuiso aduenit. Is quia intelligit Cliniam rediisse, lætissimus fit propter Menedemum uicinum, quem nihil dubitat omnino alium futurum audito nuncio de filij aduentu. Itaq; censet hoc subitum gaudium quam primum significandum esse misero.

patri

patri. Sed Clitipho maxime dissuadet, propterea quod patrem habeat admodum importunum & inhumanum, & quod Clinia admodum sit meticulosus. Hanc uero sententiam de paternis iniurijs Chremes confutat grauissimis sententijs multa disputans de filiorum officio erga parentes, etiamsi uideantur esse duriores, propter quod nihil aliud quærant boni parentes assiduis obiurgationibus, quam ut pertrahant liberos ad honestatem. Hanc disputationem ad extremum accommodat aptissime ad suum filium, quem iubet inde exemplum capere seu sumere, ut nihil aut dicat aut faciat contra uoluntatem parentis, Item, ut summo studio fugiat inhonestam uitam.

ALIVD EIVSDEM.

IN prima Scena dictum est de abitione filij & dolore patris, sed sequens Scena quod maxime pertinet ad argumentum huius fabulæ, & unde plurimæ turbæ nascentur, descriptionem continet reditus filij, quem amor Antiphilæ diu in militia manere non permisit. Quia uero antea dictum est de uerecundia adolescentis, Fingitur hoc loco domum rediens admodum timidus, ut, qui minime ausit uenire in conspectum patris. Quare diuertitur apud Clitiphonem, apud quem consilium capitur de accersenda Antiphila amica & Bacchide meretrice. Porrò in hac Scena imprimis obseruanda est honestissima illa disputatio, quam instituit pater cum filio confutans grauis-

simis

simis sententijs eius obiectiones de sæuitia & inhumanitate Menedemi, quibus patrocinari uolebat Clinia, quasi recte feciſſet, quod patris importunitatem ferre nolens in Aſiam ad Regem militatum abiiſſet, unde pueri exemplum capient, parentum iniurias æquo animo ferendas eſſe, præſertim cum nihil aliud quærant, quàm ut filiorum commodis conſulatur, atq; ita ad honeſtatem pertrahantur.

ALIVD EIVSDEM.

Subijcitur altera narratio de reditu filij, in quâ proponitur occaſio turbarum & periculorum, quæ poſtea ſequentur. Sicut autem in præcedenti Scena dictum eſt de filio, quod gratuiter audiendo obiurgationem patris in militiam abierit; Ita hic etiam poſteaquam in Aſia reuertitur, fingitur obſequens & admodum timidus, quem putet etiam propter delictum uenire in conſpectum ſui patris. Nam ob eam rem diuertitur ad Clitiphonem amicum, ubi præter alia deliberat de accerſenda Antiphila amica. Huic narrationi ſubijcitur grauis & erudita diſputatio. Primum de Officio filiorum erga parentes, Qui locus in genere præcipit, ut illa ætas infirma ſubdita ſit, & patiatur ſe à parentibus regi, caſtigari, & increpari. Deinde de fine ſeu uſu diſciplinæ & totius pædagogiæ, quam parentes in æducandis liberis retinent, & exercent propter nullam aliam cauſſam, quam ut eos doceant amare uirtutes & odiſſe uitia,

uel,

uel, ut Salomon ait in prouerbijs, ut eos liberent à morte & ex inferis.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE Maseni in Act. I. Scen. II.

Nihil adhuc, &c.

NIhil adhuc est) Ouid. Epistol. 2. Tempora si numeres, dum quæ numeramus amantes, Non uenit ante suam nostra querela diem.

Qui vti scit, ei bona (qui non vtitur recte mala) Horat. lib. 4. Oda. 9.

Non possidentem multa uocaueris
Recte beatum. Rectius occupat
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus sapienter uti
Duramq; callet pauperiem pati
Peius letho flagitium timet
Non ille pro charis amicis
Aut patria timidus perire.

Huc pertinet dictum Epicteti Philosophi, qui interrogatus, quisnam ipsi uideretur diues, Respondit: ὁ αὐταρκής, hoc est, qui contentus est sua sorte. Id quod Paulus Apostolus probat ex 1. Epist. ad Timotheum cap. 6. Quæstus magnus est, pietas cum animo sua sorte contento, &c. μετὰ αὐταρκείας. Infra in Phorm. Act. 1. Scen. 3. Palam beatus, ni

unum

nium hoc desit, animus, qui modestè istæc ferat, &c. Idem Horat. lib. 1. Epist. 4.

Non tu corpus eras sine pectore, Dij tibi formam
Dij tibi diuitias dederant, artemq; fruendi.

Et lib. 1. Satyr. 1.

Qui fit Mecænas, ut nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa
Contentus uiuat, laudet diuersa sequentes?

Isocrates summam fœlicitatem esse putat πάροντα στέργειν, hoc est, amanter amplecti genus uitæ, & statum rerum præsentium.

Ex illius more) Græca imitatione dixit, more, hoc est, arbitrio, uoluntate, seu sententia, τρόπος enim Græcis morem significat, & id proprie, quod Latini uocant arbitrium. Aeschines contra Ctesiphontem, τοῖς πρόποις τῶν ἐφεστηκότων, hoc est, arbitrio eorum, quæ præsunt. Supra in Andr. Et modo & more dixit, prope adest, cum alieno more uiuendum est mihi. Sine nunc meo me uiuere interea modo.

Hunccine erat æquum, ex illius more, an illum ex illius viuere) Bembus sic legit: Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex huius uiuere. Et quod illum insimulant durum, id non est. Nam parentum iniuriæ uniusmodi sunt fermè, Scortari crebro nolunt, nolunt crebro conuiuarier. Sic distinxit carmina doctißimus uir, secutus suum exemplum Terentianum, quod scribit esse uetustißimum,

mum. Atq; ita facilis est huius loci sententia, si hæc uerba, (paulo qui est homo tolerabilis) prorsus omittas, quod Bembus facit.

Periculum ex alijs facere) Virg. Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum. Dulce est aliena insania frui. Infr. in Adelph. Act. 3. Scen. 4. Consuefacio denique inspicere tanquam in speculum uitas hominum, atq; ex alijs sumere exemplum sibi, &c.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. I. Scen. II. Nihil, &c.

IN hac Scena Clitipho primum exponit patri reditum Cliniæ ex Asia, eiusdem de antica Antiphila solicitudinem. Deinde per occasionem exempli Cliniæ audit ab eodem honestioris uitæ præcepta. ἄλλως. Cur Poetæ semper ex abrupto ordiantur duæ sunt causæ, Prima, ut quædam sit differentia inter Historiam & Poesin. Secunda ut elocutionis maior uis & perspicuitas sit. In hac autem Scena consolatur ægrum amicum, & amantem, ut patienter ferat moram, quam amatores graviter ferunt. ἄλλως. Est genus iudicialis, status coniecturalis, An sit miser. Iuridicialis, num recte fecerit, quod aufugerit. Nihil) Primum est consolatio, quia hospes uidet adolescentem admodum esse tristem. Clinia) Compellantis. Vereare) id est, timeas, suspiceris. Cessant) i. illi, qui sunt mibi, non different aduentum, sic

sino

sind nicht zu lang auſſen geweſen, nuncius & Antiphila. Scio) Formula certitudinis in conſolando. Nuncio) .ſ. qui miſſus eſt ad amicam. Illam) .ſ. Antiphilam amicam tuam. Proin) Apocope, pro proinde. Enthymema in conſolando. Omittas) .i. ſis bono & læto animo. Falſam) vnnütze ſorge, Locus communis: Res eſt ſolliciti plena timoris amor. Te) id eſt, animum tuum. Qui cum) Anaſtrophe, pro, cum quo. Significatio animi, qui adhuc eſt incertus. Pater) Geſtus, quo uult tegere conſilium. Volui) .ſ. adeſſe. Pater) Salutantis eſt. Quid id eſt) Admirantis eſt, pro decoro. Hunc) Narratio de reditu Cliniæ habet quaſdam percunctationes. Probe) ſ. noui. Eſſe) id eſt, militatum in Aſia. Non eſt) ſ. in Aſia, Summa narrationis. Apud nos) .i. domi noſtræ. Pater) .ſ. Cliniæ. Vox geſtientis. Quid ais) Admiratur tanquam de re incredibili. Aduenientem) Abſolute poſitum. Reſpicit autem ad ſitum Athenarum. Abduxi) Ich lude ihn zu gaſt. Familiaritas) Similitudo morum facile iungit amicitiam. Forma eſt loquendi nota. Ratio eſt, cur eum abduxerit ad cœnam. Nam) Quare adduxerit non uiſus à patre. Voluptatem) id eſt, adfers mihi iucundum nuncium. Gratulatio eſt ſenis. Dicit enim ſe nihil libentius audire. Quam) uotum. Menedemum) ſ. patrem. Inuitatum) ſcilicet, ad cœnam. Amplius) .ſ. per aliquod tempus, ein zeitlang. Eſſet) .i. ederet, cœnaret. Vt hanc) Noema, Inſperatum gaudium ſemper ſolet eſſe maius,

sicut & dolor, si non opinanti obijcitur, est acerbior. Lætitiam) s. de aduentu filij. Tempus est) scilicet, ut inuitetur. Obijcerem) s. quod filius redijt. Opinanti) id est, non speranti. Caue) Dissuadet. Quia non uidet ex re sua esse. Faxis) pro, facias. Volebat Chremes nunciare Menedemo redijsse filium. Sed Clitipho prohibuit, quod Clitiæ nondum patris uoluntas esse perspecta. Quia enim) Ista omnia astute fingit Clitipho caussa dehortationis. Incertum) id est, non est constitutum. Quid se faciat) Zwie er seinen dingen thun sol. Sic solent uti ablatiuo Latini. Simile: Nescio, quid illo sit factum. Se) s. de se, quid secum constituat. Rationes, cur nolit patrem certiorem reddi de eius aduentu. Modo) id est, paulo ante. Se erga) id est, erga se. Anastrophe. Qu. d. Quomodo sit asserta Antiphila. Animum) Antiptosis. Accusatiuus pro Nominatiuo. Eam) s. Antiphilam. Misere) id est, perdite. Amat) scilicet, Clitia. Amicæ) id est, Antiphilæ. Turba) id est, contentio inter patrem & filium. Nunc) s. caussa officij. Quid) Noua interrogatio. Narrat) scilicet, Clitia. Eam) .i. Antiphilam. Quid ille) Ille tradit mutuas operas. Quid) s. ille narraret, rogat. Miserum) s. audet se dicere. Minus) pro, non. Zweniger arm sein, denn er. Quasi diceret: Nemo minus miser est, quam ille. Quid) Argumentum à contrario. Minus credere est) pro, non est credendum, more Græcorum. Reliqui) id est, Quid deest illi nam. Vide, ut miris occasionibus perueniat

Poeta

Poeta in locos communes. Est) id est, deest, Qui. d. Illis omnibus abundat, quæ ad uitam beatam requiruntur. Habeat) omnia illa. Dicuntur) scilicet, Propter quæ homo dicatur beatus. Bona (id est utilia. Parentes) Congeries bonorum fortunæ. Incolumem) id est, non uastatam, das es wol stehet vmb sein Vaterland. Genus) scilicet, familam. Atque) Locus communis est, quod bona fortunæ sunt ἀδιάφορα, hoc est, indifferentia seu media. Animus) s. est. Transfert culpam in illum adolescentem, wie er gesinnet ist, Non fit culpa parentis. Vbi scit) der sich drein schicken kan. Interpretatio. Vti) s. illis bonis. Vti rebus est, esse diuitem, & illi bona sunt bona, qui utitur. Vide Horat. lib. 1. Epist. 2. Diuinæ tum demum bonæ sunt, si habeant animum recte illis utentem. Bona fiunt mala, scilicet bona per accidens. Ille) .i. Menedemus pater Clitiæ. Imò) Filius pro decoro corrigit sententiam patris, & transfert culpam in parentem. Imò) Correctio, & translatio culpæ in ipsum senem. Ille) Id est, pater. Senex) Illa sunt odiosissima uerba. Importunus) s. Qui subinde obiurgat, &wunderlich, vnleidlich, mit dem niemand kan vmbkommen, seltzam. Atrox est uerbum apud Latinos, Einer mit dem sich niemand vertragen kan. Nunc) quia redijt. Plus satis) das er ihm nicht zu viel thue. Plus) scilicet, quam se dignum est. Importunam beluam, dixit Cicero. Illum) s. Clitiam filium suum. Vilene) scilicet, iratus aliquid filio faceret. Apostopesis. Sed repri-

mam me) ich wil still schweigen. Opponit Clitiphoni suam propositionem de duritia senis. ἄπλως. Præcisio per Apostopesin, ut exemplo Climæ Clitiphonem deterreatur. Erat enim dicturus de mutato animo Menedemi, sed mutat consilium, & tamen dicit hæc submissa uoce. Ille ne) s. id est, est importunus pater. Reprimam) s. ne dicam, quomodo affectus sit Menedemus erga filium, Secum ista loquitur. Faxit) id est, Ne propter iracundiam grauius in illum animaduertat. Illene) clara uoce. Illi) i. Clitiphoni. Hunc) id est, Climam, ne fiat pertinax. Planè est senile dictum. Tecum) scilicet loqueris. Vtut) id est, utcunq;. Habet egregiam sententiam de illa tota caussa, & disputat de persona patris & filij. Dicam) Alius locus communis est de paternis obiurgationibus. Erat) id est, res, Es were ihm gewest, wie ihm wolte. Oportuit) scilicet filium mansisse. Mansum) Supinum pro Infinitiuo, ut in Andria: Nonne prius communicatum oportuiit, pro, communicasse seu communicare. Confutatio est ab honesto, Quasi diceret: Debuisset domi manere. Iniquior) id est, seuerior, zu hart oder zu gestreng, asperior propter quædam uitia certa. Præter eius libidinem) i. præter quam placeret adolescenti. Vult Climæ caussam uideri deteriorem, ut ostendat parentes filijs ob uitia eorum asperiores esse. Eius) s. filij. Qu. d. Quam eius uoluntas postulabat. Pateretur) id est, debebat pati, Er hette immer sollen leiden. Locus communis est, quod filij debent obedire parentibus

tibus etiam durioribus. Pateretur) id est, patienter tulisset hoc filius. Forrasse) Confessio cum dubitatione. Nam) Argumentum à maiore, estq; sententia ab officio filij, ferendas esse paternas iniurias. Quia propter uirtutem duriores sunt filijs. Ferret) .i. cuius mores toleraret. Acutissime & prudentissime dictum est. Suum) Emphasis est. Huccine) Narratio ex absurdo. Huccine) .s. patrem. Illa interrogantis uox, Ne, dolori & querelis aptissima est. Sic Virg. Huccine te Euriale aspicio, &c. Illius) .s. filij. Taxat uitia, quæ tum temporis fuerunt. Illum) id est, Cliniam. Huius) id est, pateris. Ex more alicuius uiuere, nach eines andern willen vnd gefallen leben. Huius) id est, patris. Filius deberet hoc facere, ut totus penderet à sententia patris, & non pater ex sententia filij. Insimulat) das er ihn schilt, zeihet, beschüldiget. Confutatio illius, quod obijciebat Clitipho de nimia seueritate & importunitate Menedemi. Illum) .s. patrem. Quod) Status definitiuus, quid sit durus pater, patrem nequaquam esse dicendum durum, etiamsi utatur quadam sæuitia. Id non esi) Confutatio, Non peccat contra eum. Iniuriæ) id est, obiurgationes, straff. Vnius) A contrario. Nam) Dicit, quod parentes utantur conuicijs, sed in bonum finem. Iniuriæ) .i. conuicia. Quia ita accipiunt liberi. Tolerabilis) id est, qui nouit tractare liberos. Qui) id est, parens. Enallage numeri. Nam antecedens parentum est pluralis numeri, qui, singularis. Tolerabilis) pro

tolerabilior. Vnius) .i. omnes sunt tales. Qui est) Enallage Græca numerorum. Scortari) Addit & allegat communissima uitia. Scortari) id est, filio. Conuiuarier) pro, conuiuari. Præbere sumptum, zehrung geben. Præbent) s. filijs. Ea) s. quæ faciunt parentes. Ad virtutem) zum besten. Germani dicunt: Wenn ein vater sein Kind straffet, so thut er ihm gold in den schoß, scili. ut pertrahantur ad amorem & studium uirtutis. Ea) Caussa finalis, quare parentes utantur istis iniurijs. Ad virtutem) .i. in bonum finem. Verum) Concludit suam sententiam Epilogo admodum eleganti. Animus) .i. filij. Dicit generaliter, cum loquatur de Clinia. Deuinxit) .i. corruptus est. Consilia) s. necesse est, ut tale aliquid fiat, nempe, ut fugiant parentes. Cicero: Qui semel uerecundiæ fines transierit, eum oportet grauiter impudentem esse. Consimilia) id est, ut profugiant à parentibus, ut peregre abeant, wie ers hinauß führet. Vbi animus semel est corruptus in re aliqua mala, indies fit deterior. Theocritus Idyll. 8. dicit periculosum esse, si intestina canis degustarit. Idem uult Horatius, Vt canis à corio nunquam abstterritur uncto. Scitum) Epiphonema, das ist fein, das soltu nachfolgen. Exemplum capere) id est, discere, Periculum facere, idem est. Scitum) s. Vide ne tu quid simile facias. Quam turpe sit, iam intelliges. Verum) Concludit suam sententiam, & transfert culpam iterum in Cliniam. Ex vsu (te) id est, utile esse. Quod ex re est, quod conducit,

est, das da nützlich ist. Optimam est insania frui aliena. Fœliciter sapit, qui alieno periculo sapit. Ita credo) Fert indigne & impatienter patris admonitionem. Frigidissime enim concedit & uult aliquo modo significare, se approbare. Ego) Redit ad id, quod antea dixerat. Intro) s. in meas ædes. Tibi) Accommodat γνώμην ad suum filium. Cœnæ) s. quæ sint parata ad cœnam. Atticismus, pro, quæ cœnâ, Was wir zu nacht zu essen haben. Tu) s. Clitipho. Videsis) Sis est tantum adiecticia syllaba adhortantis. Vt) id est, quemadmodum. Quia propinquat uespera. Ex hac Scena notandum est primum, quod parentes magno afficiantur gaudio, si quando filios uideant saluos redire. Secundo, quod liberi metu morosorum parentum conspectum fugiant. Tertio, quod liberi præstare debeant obedientiam parentibus etiam asperioribus. Sit licet ingnatos facies austera parentum, Aequa tamen semper mens est & amica uoluntas. Quarto, quod honestorum adolescentum exempla sint alijs imitanda.

ARGVMENTVM IOHANNIS STIG. IN ACT. II. SCE. I.

Quam iniqui, &c.

Accusatur hac Scena & parentum, in educatione liberorum negligentia & incogitantia & liberorum erga parentes petulantia, si non recte instituantur. Conqueritur autem Clitipho de patris

asperitate, interim obijciens ei temulentiam & suorum facinorum ineptam iactantiam. Quo in loco tum parentes tum liberi officij sui admonentur. Qualis enim pater, talis & filius. Qualis præceptor, talis discipulus, ut habet Prouerbium. Curam igitur adhibendam esse, ut à prima infantia optimis instituantur pueri. Recte præcipit Fabius, quandoquidem ea difficillime desuescimus, quæ teneris animis imbibimus, ut Horatius inquit: Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu.

ALIVD D. CASPARIS CRVCIGERI.

Digresso patre Clitipho filius queritur de patris iniquitate, qui paulo seuerius ipsum admonuerat sui officij. Atq; ita suos ipse mores prædicat, qui parentis præcepta pro nihil ducat. Deinde suam amicam depingit, & eam confert cum Cliniæ amica, ut appareat Cliniam meliore ingenio fuisse, & multò honestius amasse.

ALIVD M. AMBRO.

Sententia patris de filiorum officio erga parentes nihil placuit Clitiphoni, maxime cum intelligebat, hanc ad se quoq; pertinere, idq; uidebatur adolescenti plane nouum, ut qui antea nihil simile ex patre audierat. Fingitur itaq; filius digresso parente

instituere grauem querelam de iniquitate patris, à quo existimabat, se paulò seuerius sui officij admonitum. Sed in ipsa querela contra parentem animum suum & mores omnino prodit, quod scilicet præcepta sui parentis non magnifacit, neque curet admodum obseruare. Porrò præter hanc quærelam additur descriptio sui amoris & amicæ, quam confert cum amica Cliniæ, ut deinde appareat Menedemi filium meliori fuisse ingenio, & multò etiam honestius amasse. Postremo diligenter est obseruandum hoc loco adolescentes paterna præcepta ut plurimum molestè ferre, & semper in peiorem partem interpretari.

ALIVD EIVSDEM.

Filius audita sententia patris de Cliniæ facto & de officio liberorum, quia non ignorabat, hanc totam orationem ad se pertinere, admodum perturbatur, & ob eam rem etiam indignare parenti, de cuius iniquitate longam quærelam instituit, in qua se totum aperit, quod uidelicet nullo modo possit ferre obiurgationes, & quod fortiter præcepta contemnat. Addit quoq; de suis miserijs nouam quærelam, quod nihil plane habeat, quo sibi conciliare & retinere possit apud se amicam superbam & sumptuosam, utq; hæc quærela sit grauior & plenior, confert etiam eam cum amica Cliniæ, quæ propter omnes mores honestos omni laude digna sit.

ALIVD EIVSDEM.

AEgre & impatienter fert Clitipho patris repræhensionem, quam petulanter ridet ac contemnit, patremq; indignum existimat, cui in ea re obtemperet, ut quem non habet pro gubernatore pædagogiæ, hoc est, cui diuinitus commissa sit cura regendi liberos. Hanc descriptionem filij, petulantes & immorigeri pueri diligenter obseruent, unde primum discere debent authoritatem parentum magnifaciendam, & eorum increpationem sustinendam esse. Deinde Deum pœnis corporalibus & æternis ulcisci contumeliam factam parentibus.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. II. Scen. I. Quam iniqui, &c.

NAm & cognoscendi & ignoscendi dabitur peccati locus) Cicero pro Sexto Roscio ameri. Tametsi non modo ignoscendi ratio, uerum etiam cognoscendi consuetudo iam de ciuitate sublata est.

Næ ille haud scit, quam mihi nunc surdo narret fabulam) Prouerbium est, hoc est, Sicut ipse Poeta paulo post commutauit. Act. 2. Scen. 4. Qui harum mores cantabat mihi, monuisse frustra. Infra in Phorm. Verba fiunt mortuo.

Habet

Habet bene ac pudice edoctam) Supra in Andr. Act. 1. Scen. 5. Bene & pudice eius doctum atq; eductum sinam coactam egestate ingenium immutarier. Item in narratione Eunuchi, cœpit studiose omnia docere, educere, &c. Item in Eunuch. Act. 4. Scen. 6. Quid est? educta ita uti te atq; illam dignum est.

Procax) A nimium poscendo dicitur, Sexto Pompeio authore. Liuius lib. 8. Dec. 3. Flagitatum quoq; stipendium procacius, quàm ex more, & modestia militari erat. Cicero lib. 7. Epist. 13. Scio te nimis procacem esse in lacessendo.

Nam nihil nisse mihi, religio est dicere) Vide Gell. libro 4. capite 9. Cicero in perfecto oratore, Hac ego religione non sum ab hoc conatu repulsus.

SCHOLIA QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. II. Scen. I. Quam, &c.

VIde iuuenum studia, mores, & ingenia, quo modo potuisset rectius exprimi, quod Horatius dixit: Monitoribus asper, & uel hinc apparet, quanta sit huius Comœdiæ elegantia, quam sit ἐυτρεπισμένη. Nam uides, ut dicat hic adolescens in contrariam sententiam, ut taceam de elegantissimis loquendi modis. ἄλλως. Querimonia Clitiphonis aduersus patres. ἄλλως. Exordium est à Thesi per indignatio-

nationem & increpationem & est interrogatio. Nihil est uerius, quam cogitationes, quæ sunt in animis hominum, quod nemo possit ferre obiurgationes. Cogitent igitur pueri, obiurgationes parentem pertinere ad optimum finem. Hic ergo dicit Clitiphonem esse mala natura, Quia non potest ferre parentem. Quem) In secunda Scena dictum est de officio liberorum. In tertia Scena non dicitur, quam difficile sit, ut filij faciant suum officium. Exordium est generale Epiphonema, & plane παθητικὸν, quasi dicat, Parentes tantum iudicant de suis liberis iniquissime. Iniqui) vnbilliche richter gegen die iungen gesellen. Iudices) Quia debent esse inspectores totius uitæ. Proponitur hic exemplum adolescentis contumacis, & immodesti, qui bene monentem ferre non potest. Ouid. Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte Respuit, atque odio uerba monentis habet. Iniqui) Hoc modo adimit omnes titulos honoris. Qui) scilicet, parentes. Exponit Epitheton. Aequum esse) .i. decere, es gebüre sich. A pueris) .i. à prima ætate. Senes) id est, cordatos & modestos, senili prudentia præditos. Affines) id est, participes, detitos, q. d. Vt nobis non adhæreant illæ res. Metaphora est, das wir mit denen dingen sollen vmbgehen, Sie meinen nicht, das wir theilhafftig sein. Cicero pro Quinto Roscio, Hunc affinem esse culpæ iudicato. Affinis culpæ is dicitur, de quo suspicamur, quod sit in culpa. Item Liuius lib. 3. Dec. Nec quis affinis ea noxæ esset. Senes) id est, ita affectos esse, ut

senes

senes, graues, seueros, parcos, sapientes, & ad rem attentos. Neque) *s. censent.* Fert) *s. affert secum.* Expositio. q. d. *Quibus gaudet ætas adolescentum.* Ex sua) Amplificatio obiurgationis. Libido) *s. quicquid libet.* Moderantur) *i. gubernant parentes.* Omnia) *s. quæ nos agimus.* Est) *id est, in senectute.* Fuit) *s. adolescentibus.* Libidine) *i. voluntate, wolgefallen.* Moderantur) *s. regunt nos, nec cogitant, & se olim fuisse adolescentes.* Mihi) *Rhetoricum quiddam est, & utitur collatione quadam suæ personæ cum persona patris.* Mihi) *Periphrasis est patris.* Facile me vtetur patre) *Græca imitatio, pro eo, quod dicimus, Habebit facilem patrem, hoc est, commodum, indulgentem,* Er wird einen guten vater an mir haben. Næ) *i. certe.* Facili) *s. qui omnia faciet ex nutu filij.* Nam) *Paronomasia.* Cognoscendi) *s. ubi aliquid delictum fuerit.* Non) *Altera collatio, & redit ad institutam querelam.* Non) *s. faciam, Hypothesis.* Nam antea *tractauit thesin.* Mens) *s. pater faciat.* Qui) *q. d. Qui proponit alia exempla.* Per alium) *scilicet, Climam: Commemoratio uitæ Cliniæ.* Ostendit) *id est, proponit.* Perij) *Indignantis & dolentis simul est. De natura mala est, quod nunc sequitur. Quia pingit etiam petulantiam adolescentis.* Is vbi) *Locus communis est, qui docet, quantum ualeant exempla parentum, ideoq; diligenter nobis circumspiciendum esse, ne quid timere aut dicamus aut faciamus, quod liberorum mores possit offendere, Sicut*

rectissi-

rectissime & grauissime Iuuenalis monet Satyr. 14. Nil dictu fœdum, uisuq; hæc limina tangat, Intra quæ puer est, &c. Adbibit) id est, largius bibit, mir zutrincket. Quæ) s. quam nefanda. Facinora) s. quæ adolescens fecit. Item, quod tulerit multos & graues labores. Nunc) s. post longam concionem. Ait) s. addit. Odiosa & amarulenta Mimesis. Facito) Lerne von andern was gut vnd nützlich ist. Exutu) s. ut emendes uitam tuam. Astutus) scilicet, ille senex meus. Ironia. Næ) Affirmandi particula. Surdo narrat fabulam) id est. Quam nihili pendam omnia præcepta eius, Quam frustra suadeat & oret pater. Quam mortuo faciat uerba. Prouerbium est: Zu einem Ohr gehet es ein, zum andern wider auß, Er blöset in einen kalten Ofen. Fabulam) id est, admonitionem. Magis) Altera querela, in qua patrem opponit amicæ. Magis stimulant animum) id est, urgent, commouent, angunt, bamit peiniget er mich, sollicitant, pungunt. Ab equis & bobus sumpta est translatio. Amicæ) id est, Bacchidis. Da & affer) Mimesis. Sunt enim uerba amicæ, & uoces meretricum, quibus omnia emungunt. Cui) id est, amicæ Bacchidi. Da) de præsenti. Affer) de futuro. Nam) Rhetorica collatio, qua pulchre confert honestam cum inhonesta muliere. Satagit suarum rerum) id est, de suis rebus anxius & sollicitus est, & torquetur, quasi magnas difficultates experiatur in amore suo, Tamen hoc habet commodi, quod non habet procacem,

sumptuo-

sumptuosam, morosam, qualis est Bachis. Satagit) id est, satis habet negocij in suis rebus, anxius est, & curiosius suarum rerum, Er hat mit ihm gnugsam zuschaffen. Hic genitiuo iungitur, satagit suarum rerum. Supra in Eunuch. coniunxit cum accusatiuo. Sanga coquus, qui uicissim domi foco ministerium satagebat. VVilichius exponit eodem modo, Rerum suarum satagere idem est, quod res suas absq; impedimento curare, suumq; officium præstare. Habet) id est, amicam. Summa est commendatio. Eductam) Quod nos educare, ueteres educere dixerunt. Ignaram) Quod sequitur ex bona educatione. Artis) Wuste von keiner vnzucht nicht. Mea) id est. Bacchis. Mores meretricum hic deepinguntur. Potens) id est, magna domina, prechtig. Procax) id est, audax, impudens, frech, geil, in petendo, Vel, quæ multa petit, die den beutel wil immer voll haben. Magnifica) herrlich, quæ facit magnos sumptus in uestitu. Sumptuosa) scilicet in cibo & potu, isset vnd trincket gerne wol. Nobilis) id est, præcipuum quoddam est scortum. Tum) Festiuum hoc est. Recte est) es were fein. Quasi diceret, nihil est. Iocus. Sed quia ipsi ominosum esse putabant dicere, nihil. Ideo sequitur, Nam nihil esse mihi religio est dicere. Religio) id est, magnus metus, piaculum est, Es ist eine Todtsünde, metuo, formido, aut uereor dicere, Ich fürchte mich. Hoc) Correctio & consolatio. q. d. Ego non sum solus tam miser. Mali) s. quod nihil habeo. Pridie) .i. iam diu. Neque)

id est,

sa est, adhuc, (weis auch nicht. Scit) scilicet, me habere amicam, Aut, me amare, Ex hac Scena notandum est, Primo, quod adolescentes naturaliter soleant spernere disciplinam & præcepta parentum. Secundo, quomodo adolescentes semper magis solliciti sunt de amicæ suæ rebus, quam quomodo fidelibus parentum monitis obtemperare queant.

ARGVMENTVM IOHAN. STIG. IN ACT. II. SCE. II.

Si mihi, &c.

HAEC Scena est Parasceue ad sequentem. Continet enim amantis Cliniæ sollicitudinem circa Antiphilam amicam. Et comprobatur illud Ouidij: Res est solliciti plena timoris amor. Confirmat autem Clitipho amicum & eius coniecturas ac suspiciones refutat ducto argumento cum ab interuallo loci, tum à natura mulierecularum, quæ ferè occupatiores solent esse in ijs, quæ ad cultum corporis pertinent. Notatur autem πάθος amantis, anxio desiderio laborantis, & omnia meticuloso animo ac cogitatione complectentis.

ALIVD D. CASP. CRVCIG.

AD protasin Argumenti pertinet, quod Cliniæ amica ab ipso accersita diutius abest, quam debuit. Quia fingit Bachidem Clitiphonis amicam cum

sua pompa unà adduci, ideoq; illas tardius aduentare. Sed Cliniæ eius rei ignaro oriuntur suspiciones, (ut est affectus amantium) in peiorem partem. Nam quia honeste amabat, metuit, ne amicæ mores se absente mutati sint. Continet ergo hæc Scena affectus anxie expectantis, & omnia solicite metuentis.

ALIVD M. AMBRO.

CLinia domum reuersus miserat pro Antiphila amica, cuius desiderio admodum tenebatur, quæ cum non statim uenit, adolescens miserrime animo excruciatur multa secum cogitans, & omnia in deteriorem partem accipiens. Colligit autem ex multis circumstantijs in unum collectis amicam omnino aliam factam, neq; esse illum amorem, qui antea fuit. Ita Clinia more amantium solicitus, & moræ impatiens, describitur, cui propter nimiam solicitudinem & expectationem breue admodum tempus uidetur esse longissimum. Hanc suspicionem Clitipho remouet duobus argumentis. Primo à locorum interuallo, Deinde ex mulierum diligenti cultu, ad quem requiritur maxima pars temporis.

ALIVD EIVSDEM.

SVpra dictum est, Cliniam misisse pro amica. Ideo hoc loco, cum omnis mora amatori existimetur esse longissima, Subijcitur de eius sollicitudine &

quidem cogitanti, statim multa in mentem ueniunt, quæ excrucient animum adolescentis, qui nihil tam timet, quam ne in absentia propter multas occasiones amica corrupta sit, Ex qua re satis intelligis multa existere incommoda, & pericula.

ALIVD EIVSDEM.

DEscribitur hoc loco solicitudo amatoris Clitiæ, qui anxie expectat in ædibus Chremetis aduentum suæ Antiphilæ, pro qua adducenda missi erant duo serui. Hæc, quia non statim uenit, multæ suspiciones adolescenti in mentem ueniunt de puella, & nonnihil metuit, ne interim animum aliò transtulerit, aut fortasse uitiata sit. Ab his cogitationibus nulla ratione dimoueri potest, nec Clitipho suis argumentis, quibus aliud uult persuadere, quicquam efficere potest. Hæc Scena pertinet ad genus iudiciale, & ad locum communem de solicitudine amatorum.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. II. Scen. II. Si mihi, &c.

EXponit affectum adolescentis, Iuxta illud: Res est soliciti plena timoris amor, Item: Luxuriant animi rebus plerunq; secundis. Salustius: Secundæ res sapientum etiam animos fatigant. Item: Chremi de mihi res est suspiciosa Venus. Amantes sibi somnia

nia fingunt. Orditur à coniectura, sicut & tota Scena constat coniectura, Non ueniunt qui sunt missi pro amica, Ergo mei amores sunt infœlices. Secundæ). i. Si bene succederet mihi in amore, Wenn es mir wol auff der bulschafft gienge / Wenn es wol darumb stünde. Venissent) scilicet, qui sunt missi pro amica, Propositio cum conditione, Si me amaret, ueniret. Sed me non amat, ergo non uenit. Sed) Bene expreßit amantis affectum, qui semper omnia in deterius suspicatur. Vereor) Affectus amatoris, qui omnia in deterius suspicatur. Vereor) id est, suspicor, Ich fürchte sehr ybel. Mulier) .i. Antiphila Corrupta) Hoc loco refertur ad mores. Nam ueretur, ne sit animus alius, aut mores eius sint mutati, verführet / verderbet / uitiata prauis opinionibus. Vtitur honesto uocabulo, cum tamen aliud intelligat. Concurrunt) Coniecturæ à circumstantijs. Opiniones) id est, sunt uariæ cogitationes. Et respicit ad locum communem: Res est soliciti plena timoris amor. Exaugeant) .i. faciunt suspicionem, ut credam, Quæ animum meum ita inclinant, ut non suspicer frustra de amica. Occasio) Argumenta à rebus & personis. Occasio) s. quod facile potuit permoueri. Locus) Primum facit suspicionem, Quia multum refert, cum quibus & quo loco quis habitet. Sunt accidentia rerum. Aetas) scilicet, quod puella sit imperita. Occasio) s. quod nemo sit, qui custodiat, aut prohibeat eam. Mater) scilicet, falso credita. Mala) s. existens auara. Mater) id est, Corin-

thia, quæ putabatur mater, sed non erat. Cui nihil) id est, quæ nihil curat honestatem, uult facere quæstum per filiam. Præter precium) der ist nichts liebers denn gelt, der iunge krebs lernet von den alten hinderrück kriechen. Est prouerbialis forma in homines auaros. Clinia) Vocantis. Reuocat enim prodeuntem. Hei) Dolentis exclamatio, & tanquam conclusio à superioribus collecta. Exiens) Nam erant uicini. A patre) id est, ex ædibus tui patris. Misero) Incipit significare suo sodali, in quantis miserijs sit. Caues) Est iam in metu, quia iuit à patre. Caues) Admonentis est cum quadam obiurgatione. Aliquis) id est, seruorum. Faciam) id est, ego cauebo. Hoc pertinet ad descriptionem adolescentis, estq; optima sententia. Quia non potest aliud cogitare, nisi quod est pessimum. Sed) Confutat ab incerto euentu. Est communicantis. Quia ita accidat, quod illa occurrant in mentem, quæ sunt pessima. Præsagit) id est, prædicit. Præsagire, einem etwas ahnen, à sagire, hoc est, acute sentire. Inde sagaces canes, die wol spüren konnten. Præsagire) id est, futura ante sentire. Pergin') id est, non desinis. Confutatio per obiurgationem. Dijudicare) s. aliquod malum interuenisse. Locus communis est, de re non satis perspecta & cognita non esse iudicandum. Idem fecit Socrates apud Platonem. Pergin') Reuocat suum sodalem & consolatur. Sunt admodum diuersæ naturæ & optime depictæ in Terentio. Est obiurgatio, quod non debet

se crue

se cruciare, sed ex animo eijcere eas curas. Si nihil) Repetit, quod antea dixit, & confutat suspicionem amantis à natura mulierum. Adesset) id est, seruus cum amica. Aderant) Iubet bene sperare. Quando) Non potest credere ex multis suspicionibus. Cogitas) Argumentum, quo nititur persuadere & consolari animum adolescentis. ἄλλως. Consolatur eum à natura mulierum, & à loco procul semoto. Hinc) id est, à nostris ædibus, ex interuallo locorum. Abesse) id est, habitare, das sie weit von hinnen wonen. s. Antiphila, Dromo, & Syrus. Non cogitas) Caussæ cunctationis, quibus remittitur suspicio Cliniæ. Et nosti) Alterum de cultu mulierum. Annus est) id est, seculum est, vergehet wol ein gantz iahr. De tarditate mulierum prouerbialis locus est. Alludit ad illam moram, quæ uidebatur adolescenti. Annus est) Hyperbole est de operoso & exquisito cultu mulierum, Ehe sie sich geputzen vnd geschmücken. Comuntur) .i. ornant se, ehe sie fort kommen. Vide Plautum in Penulo. Clitipho) Subinde repetit suam cantilenam. Qu. d. Non habeo fidem tibi & tuis argumentis. Respira) id est, recipe animum, faß dir einen muth. Est quasi iubentis. Dromonem) .i. seruum δεικτικῶς pronunciandum est. Ex hac Scena notandum est. Primo, quod amatores sunt plerunq; suspicaces, & omnia rapiunt in sinistrã partem. Secundo, quod amatores ægerrime ferunt moram. Tertio, quod mulieres de ornatu sunt admodum solicitæ. Ideo requiritur etiam certum & iustum

tempus. Non loquitur autem de honestis matronis, sed de ijs, quæ excedunt modum. Pertinet autem hæc Scena ad genus iudiciale. Status est coniecturalis. Propositio est, Vereor, ne me absente mulier corrupta sit. Est itaq; hæc Scena bonum exemplum status coniecturalis. Loci sunt, Voluntas & Facultas. Hic dicit tantum de facultate, quæ comprehendit signa & circumstantias.

ARGVMENTVM IOHAN. STIG. IN ACT. II. SCE. III.

Aín tu, &c.

PErgit Terentius describere affectum in Clinia honeste & solicite amantis. Ita enim plerunq; fit, ut quo amor sit sincerior, eò frequentius animo amantis obijciat, quodcunq; periculi potest accidere, ut habet uersiculus Ouidij: Nescio quid timeam, timeo tamen omnia demens. Et idcirco dicitur amantis animus non esse, ubi animat, sed ubi amat. Clinia itaq; cum suspectam habeat cunctationem Antiphilæ, numerum ancillarum, splendorem ornatus, anxius animi exclamat quasi cum præsente puella expostulans, obijciens ei perfidiam, suamq; detestans miseriam. Sed confirmat eum Syrus, probans multis coniecturis & signis Antiphilam ab eo abalienatam non esse. Itaq; hæc tota pars pertinet ad statum coniecturalem. Porrò adducitur etiam Bacchis amica Clitiphonis, & fingitur amica Cliniæ audaci quo-

dam

dam, sed tamen certo hoc probabili consilio Syri, ut argentum hac techna emungat à Chremete. Quare facile persuadet Clitiphoni, ut sibi obtemperet, cum & promittat se singulari astutia rem tractaturum esse, ne animaduertat senex, Quam re obseruanda est audacia & calliditas seruulorum, qui facile adolescentum animos corrumpunt. Meminerint autem adolescentes, nil homine ingenuo indignius esse, quam præbere aures ijs, qui seruituti nati sunt, si ad inhonesta persuadere conantur. Hoc enim nihil erat aliud, quam seruum serui fieri eum, cui fortuna in alios potestatem concesserat. Nulla autem seruitus turpior est quam uoluntaria.

ALIVD D. CASPARIS CRVCIGERI.

HAEc Scena duas habet partes. Prior est de Cliniæ amica Antiphila, & altera de Bacchide, cuius utriusq; mores prolixe describuntur. Principio autem describitur Bacchidis apparatus, quæ adducebatur ad Clitiphonem, ex quo Cliniæ augetur suspicio, quasi res ad Antiphilam pertineat. Itaq; ut & ipsius & Antiphilæ modestia clarius appareat, fingitur ægre ferre, & succensere Antiphilæ propter luxum, quem falso suspicatur de amica, sed à seruulo intelligit rem se aliter habere, &c.

ALIVD M. AMBRO.

TAndem adducuntur per seruos Antiphila & Bacchis exoptatißimæ amicæ duobus adolescentibus, quorum alter, Clinia uidelicet, propter apparatum Bacchidis grauiter conqueritur de sua Antiphila, quam omnino suspicatur factam esse corruptißimam, ideoq; serio secum disputat omnino æquum esse, ut eiusmodi amicam discat contemnere, & cum patre, quem iratißimum sibi fecerat, quam primum in gratiam redeat. Hanc querelam & disputationem Syrus aptißime confutat longa narratione de moribus Antiphilæ, probans signis & quotidiana consuetudine, nihil castius esse illa puella. Tum etiam interrogatus diligenter recitat significationes, quas proposuit audito nomine Cliniæ. Hac longa narratione serui audita, adolescens suspicari desinit. Deinde prolixius describitur negocium illud, quod spectabat ad Clitiphonem. Huic seruus consilium exponit, quamobrem Bacchidem unà adduxerit, nempe, ut sub Antiphilæ nomine non cognosceretur amica esse Clitiphonis. Hoc consilium serui audax & periculosum, adolescenti penitus displicet, ideoq; pluribus cum seruo pugnat. Sed ad extremum Syrus intelligens ingenium cupidi & intemperantis adolescentis facile uincit repugnando, maxime cum simulat se reducturum amicam domum. Cæterum hæc longa descriptio de Bacchide, quæ adducitur in ædes Chremetis, Protasis est sequentis periculi, ubi pater intelliget

get amorem filij, & seruum Syrum omnia consilia fallent, quæ putabat esse tutissima.

ALIVD EIVSDEM.

ADducitur tandem Bacchis cum maximo apparatu, quod cum intelligit Clinia, existimans errore quodam Antiphilam esse, ilico redditur perturbatissimus, & sine magna deliberatione secum constituit, quod eam uelit in perpetuum deserere. Hoc errore liberatur à seruo Syro, qui longam instituens narrationem de moribus Antiphilæ persuadet adolescenti, minime esse corruptam. Deinde Clitipho ab eodem seruo paulo durius tractatur propter amicam Bacchidem, quod cupiat eam habere nullo modo, sed tantum seruipericulo. Ad extremum proposito consilio, ut aliquandiu Clinia assimulet Bacchidem suam esse amicã, monetur Clitipho diligenter de sua impotentia, & præcepta quædam traduntur, ut præsente patre talem præbeat se, ne possit deprehendi amator Bacchidis, propterea quod ex hac sola re magnæ turbæ existere possint. Hæc Scena est generis deliberatiui. Suadet enim Syrus duobus adolescentibus de intromittendis amicis.

ALIVD EIVSDEM.

AMator Clinia ad se redit, posteaquam intelligit suam amicam adesse, sed huius conspectu

redditur perturbatissimus. Nam falso existimat gregem ancillarum, aurum & uestes Bacchidis ad Antiphilam pertinere. Quare adeo excruciatur, ut in animo habeat eam deserere. Hic error Cliniæ præbet occasionem longæ narrationi de moribus puellæ, quod sit uerecunda, & præter unum Cliniam alium neminem amet. Subijcit præterea Syrus suum consilium de Bacchide assimulanda, quod sit amica Cliniæ, additis rationibus huius consilij & obiurgatione aduersus Clitiphonem, quem multa monet, ne is suis sermonibus & gestu impediat consilium, seq; ipsum prodat. Illa est summa huius Scenæ.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDRAE MIseni in Act. II. Scen. III. Ain tu, &c.

TExentem telam studiose ipsam inuenimus) Hic locus mirabiliter elegans est, quod confutando falsas suspiciones Cliniæ tam ingeniosa describit studia, ingenium, diligentiam, pudicitiam, colorem, uestitum, & exercitia modesta, & pudica fœmina digna. Huc refer locum ex 1. & 21. Odyss. Homeri, Vbi Telemachus remittit matrem Penelopem ad colum & lanam, addens ea studia & operas mulieribus conuenire, administrationem autem Reipub. relinquendam esse uiris. Idem locus repetitus etiam est in 6. Iliad. Huc etiam refer descriptionem

ptionem Lucretiæ apud Liuium lib. 1. ab urb. cond. Et apud Ouid. lib. 2. Fasto. Sic autem Liuius scribit: Lucretiam haud quaquam ut regias nurus, quas in conuiuio, luxuq; cum æqualibus uiderant tempus terentes, sed nocte sera deditam lanæ, inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem, inueniunt, &c. Ouidij uersiculi hi sunt:

Ecce nurum regis fusis per colla coronis
Inueniunt posito peruigilare mero.
Inde cito passus petitur Lucretia, cuius
Ante thorum calati, lanaq; mollis erat,
Lumen ad exiguum, famulæ data pensa trahebant
Inter quas tenui sic ait illa sono, &c.

Huc etiam refer lepidam historiam ex Herodoto libro 4. quomodo Euelton, qui Salaminis rerum potiebatur, Pheretimæ poscenti exercitum donat fusum aureum atq; colum. Huc refer descriptionem honestæ & piæ fœminæ in Prouerbijs Salomonis capite ultimo. Item Horat. lib. Epodon Oda. 2. & Virg. 8. Aeneid.

Ceu fœmina, primum cui tolerare colo Vitam, tenuiq;
Minerua Impositum cinerem & sopitos suscitat ignes
Noctem addens operi, famulasq; ad lumina longo
Exercet penso castum ut seruare cubile Coniugis &
possit paruos educere natos.

Reiectus negligenter) Ouidius: *At neglecta decet multas coma sæpe iacere Hesternam credas illa repexa modo est.*

Hijsdem munerarier ancillas primum

mum) Ouid. lib. 1. de arte amandi: Sed prius ancillam captatæ nosse puellæ Curasit, accessus molliet ista tuos. Hanc tu pollicitis, hanc tu corrumpe rogando, Quod petis ex facili, si uolet illa, feres.

Agedum vicissim) hoc est, Secundo loco, uel è contrario. Valla lib. 2. cap. penult.

Vt illius animum cupidum inopia) scilicet, sui, hoc est. Quod uidebat se ea non posse potiri. Supra in Ennuch. Quanto minus spei est, tanto magis amo.

Id fieri desiderio tuo) pro, tui. Vide Vallam lib. 2. cap. 1.

In tempore ad eam veni, quod rerum omnium est primum) Cicero lib. 11. Epistol. 16. Horatius lib. 1. Epistol. 13. Martialis libro 5. ad Musas. Infra in Phorm. Act. 5. Scen. 4. Quod tempus conueniendi patris me capere iubeat, &c. Opportunitas enim in quacunq; re conficienda plurimum prodest.

Si quid te fugerit) hoc est, fefellerit, so es dir würde mißlingen, Si non successerit res ex sententia.

Impotens) Supra, in Andr. Adeon' impotenti esse animo, vngehalten. Tueton. in Cæs. Nec minoris impotentiæ uocis propalam ædebat. Liuius lib. 9. Decad. 3. In multo impotentiorem rabiem accensi. Item, Plemilius impotens iræ. Cicero, Sin ista pax perditorum hominum in possessionem impotentissimi dominatus restituta est.

SCHO-

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. II. Scen. III. Ain', &c.

SYrus solicito atq; anxio Cliniæ modestam ac pudicam Antiphilæ uitam exponit. Deinde Clitiphoni suum consilium de ducenda Bacchide in ædes patris narrat, quo etsi uehementer ille commouetur, tamen obtemperat seruo pollicenti se singulari astutia rem tractaturum esse, ne animaduertat senex. ἄλλως. Antiphilæ ingenium & mores exponuntur. Nam cum Clinia suspicaretur illam se absente corruptam esse, hac suspicione per seruum liberatur, qui eius studia exponit. ἄλλως. Vt & Cliniæ & Antiphilæ modestia clarius innotesceret, fingit Poeta primum ægre ferentem Cliniam, & succensentem Antiphilæ (Sic enim putabatur) Ain') Incipiunt ex abrupto Clinia miserat seruum unà cum Syro ad amicam, ut accerserent eam, & postquam diu expectauerat, redeunt paulo ante serui, quam mulieres, & loquuntur inuicem uaria, quæ Cliniæ augeant malam suspicionem de amica. Fingit enim hic Poeta, eos antea multa inter se locutos esse inter ambulandum, &c. Ain') scilicet, Dromo. Ista sunt Dialogica, & est significatio istius colloquij præcedentis. Ain') scilicet, affirmas ne hoc? Verum ni est. Sic) scilicet, quemadmodum dixi. Affirmantis est. Verum) Iam Dromonem & seipsum reprehendit, qui auscultauerit. Sermones cedimus) id est, Dum unà colloquimur

quimur, Dum unà confabulamur, Dum consumimus tempus colloquijs, Dum miscemus sermones. Græca est locutio, κόπτειν λόγον. Rudolphus Agricola putat figuram loquendi ortam esse à creba inter loquentes uerbi iteratione. Germani dicunt, Weil wir also mit einander schwatzeten. Illæ) .i. mulieres. Quia iucundus comes in uia pro uehiculo est. Mulier) .i. amica tua, Antiphila. Adest) Ille sermo est animi gestientis, quasi maxime latatur à sua persona. q. d. Tu fuisti solicitus, & nihil fuit opus. Audin) s. aduenire mulieres. Ego vero) Periphrasis & descriptio amatoris. Vero) est Aduerbium confirmandi. Audio) .i. aduenire mulierem. Nunc) s. quin audio. Video) .i. Omnes sensus sunt mihi restituti. Valeo) .i. melius habeo. Sunt uerba respirantis. Mirum) s. tam diu abfuisti. Est excusatio tarditatis à multitudine ancillarum. Mirum) .i. relictas esse mulieres. Adeo) .i. ualde. Impeditæ) Sie sind beschweret/ sie konnten nicht fort kommen. Quia mulierculæ adferebant secum uestes & ornatum muliebrem. Liuius inquit, Exercitum impeditum, hoc est, impedimentis onustum. Gregem) id est, magnam copiam. Perij) Incipit labi in magnum errorem. Colligit enim Clinia ex hoc apparatu sinistram suspicionem. Nam falso existimat gregem ancillarum, aurum, & uestes Bacchidis ad Antiphilam pertinere. Quare adeo excruciatur animo, & serio constituit eam deserere. Perij) Est Interiectio timentis. Illi) id est, amicæ meæ Antiphilæ, q. d. Vnde habet illas ancil-

las.

las. Oportuit relictas) *id est, relinqui mulieres. Participio utitur pro Infinitiuo. Supra, Mansum oportuit.* Hei) Dolentis. Quia cogitat omnia ista dici se sua amica. Aurum) *i. portant.* Aurum) *i. pecuniam, geschmuck / die kleidung.* Nouerunt) *i. sunt ignaræ uiæ.* Vesperascit) Argumentatur à tempore. Factum) Concludit, quod relictæ sunt mulieres. Stulte) scilicet, quod relinquimus eas, Illis) *id est mulieribus.* Quia non nouerunt uiam. Abi dum) Hortantis. Dum, Parelcum est. Propera) *id est, occurre.* Quid stas) Obiurgantis. Væ) Indignantis. πάθος de luxu amicæ, Ego putaui hactenus me amare honestam mulierculam, & tamen est turpis. Decidere de spe, die hoffnung verlieren. Væ) Incipit desperare de sua amica. Misero) Propositio per exclamationem. Decidi) die viel anders gehet es mir / denn ichs gemeinet habe / q. d. Iam nihil boni sperare possum de mea amica, scilicet. Quantopere me spes fefellit. Quid istuc) Suspicionem, Inopem eam reliqui. Iam uero opulentior est facta. Quia magnifice se uestit. Ergo illa opes malis artibus comparauit. ἄλλως. Locus suspicionis. Colligit enim ex suspicionibus illam deteriorem factam esse. Istuc) *id est, quia ita dolet animi.* Solicitat) *id est, male te habet.* Rogitas) Querela. Queritur enim de suis miserijs, quod secutus sit illam sumptuosam meretricem, & interim contempserit imperium patris. Viden') Enthymema à signis & confirmatio à uarijs caussis. Ancillas) scilicet, habere

meam

meam amicam. Aurum) Dicit, quia tantum audiuit ex seruo. Quam) scilicet, amicam meam. Reliqui) scilicet, abiens militatum. Ea) scilicet, tot ancillas. Censes) quasi dicat. Necesse eam parum honesto modo tales opes parasse. Ea) Refertur ad uestes, aurum. Tametsi in multis exemplaribus omittatur. Vah) Admirantis & obiurgantis seipsum, quod usq; adeo sit tardus.

Di boni) Admirantis cum quadam commiseratione. Ista dicuntur ad augendam suspicionem Cliniæ. Quid turbæ) pro, quanta turba mulierum. Capient) scilicet, tantam turbam, Sie werden kaum in vnser hauß können kommen, Nostra domus erit angustior, quam ut capiat eos. Quid) s. quantum. Sene) id est, Chremete. Video) s. Cliniam. Eccos) id est, ecce ambos. O Iupiter) Exclamatio ab indigno. Putat enim indignum esse, ut ab illa deseratur, propter quam & patriam & patrem deseruerat. ἄπαξ. Expostulatio adolescentis cum amante, & est plene amatoria. Quare fingitur esse mediocri ingenio. Habet enim rationem suorum affectuum & indignationis. ἄπαξ. Exclamatio est generalis in expostulatione de perfidia Antiphilæ. Recipit generalem sententiam pro speciali. Fides) Virg. Nusquam tuta fides. Dum) alloquitur eam, tanquam præsentem. Collocupletasti) Du hast dich wol gebessert. Alludit ad hoc, quod antea dixit de ornatu. Significat autem illam non honesto modo eanactam esse. Interea loci) pro, interea. Loci abundat

abunda. per pleonasmum. Errans) ſ. eundo in militiam, qui ita nullo consilio fugi in militiam. Demens) Iam ſeipſum uituperat. Propter quam) ſ. propter te Antiphilam. Amplificatio ab indignitate rei. Quia certe maxima eſt infamia non obedire parentibus. Propter) Eſt mutatio perſonæ. Obſequens) id eſt, ego prætuli illum tuum amorem obedientiæ, quam debeo parenti meo. Pudet me patris) id eſt, propter patrem pudet me, Sicut in And. Tum patris pudor eſt, Q. d. In eius conſpectum prodire non audeo. Malis) id eſt, miſerijs. Harum) .i. meretricum. Cantabat) .i. inculcabat, prædicebat, vorbleuet. Cantare eſt frequenter prædicare & inculcare. Monuiſſe) ſ. patrem dolet. Ab hac) id eſt, Antiphila meretrice. Fruſtra) id eſt, ſine fructu. Significat Terentius, quam difficile ſit, illam poſſe deſerere amicam, cuius tanto amore captus ſit. Gratum) Paſſiue dicitur. Expellere) id eſt, abſtrahere. Q. d. Ego fuiſſem in gratia apud patrem, ſi feciſſem id, quod nunc cogor facere. H. e. Magnam gratiam iniſſem apud patrem, Ich hette einen groſſen danck bey dem vater verdienet. Nolui) ſcilicet facere, ſeu, me abſtrahere. Quod) Hactenus fuit expoſtulatio, nunc ſuum narrat conſilium. Miſerior) .i. adeo ſtultus ſum. Epiphonema. Quod) id eſt, ut expellar ab ea, ſiue, ut patiar expelli me ab ea. Faciam) .i. ipſe me expellam. Nolui) ſ. hoc facere, aut te deſerere. ϖάθος. Gratum) ſ. apud patrem, Tum potui hoc facere cum bona

gratia. Videlicet) id est, certe. Asseuerantis. Hic) s. Clinia. Aditus ad tertium locum, nempe, ad narrationem de moribus Antiphilæ. Errat) .i. non intelligit, quid loquar, Nostra uerba non recte accepit. Dicit ad Dromonem. Clinia) Alloquitur Cliniam, cuius error præbet occasionem longæ narrationis, quæ eximit Cliniæ errorem. Accipis) id est, male suspicaris de Antiphila. Atque) s. quam.

Nam) Confutat falsam opinionem Cliniæ multis signis & coniecturis, scilicet animum amicæ erga illum non esse immutatum. Vita) id est, Antiphilæ. Propositio; cui subijcit confutationem dubitationis Cliniæ. Te erga) pro, erga te. Anastrophe. Eadem) s. qualis fuit ante. Re) id est, experientia. Animus) .i. ueterem amorem retinet. Vita) scilicet; amicæ. Narratio ideo facta est, ut describantur mores Antiphilæ, ut postea appareat honeste amasse Cliniam. In narratione exponitur, quomodo seruus Antiphilam domi offenderit de improuiso adueniens, unde colligit, qui sint eius mores, Suntq; hæc atedina signa. Est autem narratio amplificata descriptionibus & hypotiposi neglecti cultus in Antiphila. Ex re) ex signis, quæ commemorabo. Eadem) id est, constans & syncera. Coniecturam fecimus) Dicimus Latine, Coniectio, Coniectura, Coniecturam facio. Capio coniecturam, Coniectura consequor, Coniectura colligo, Coniectura ducor. Obsecro) Commouetur Clinia audiens diuersa à sua narratione. Quid) Hoc dicitur pro affectu amatoris. Quia

cum

cum sit omnino dubius animi, magnopere cupit cerâ tior fieri. Obsecro) Inuitantis. Arrigit aures, & libenter uellet audire de suo negocio. Est) .i. quomodo res se habet. Malim) s. euenire. Hoc) scilicet de amica Antiphila, quod corrupta sit. Omnium rerum) id est, mihi sunt nullæ res, quas malim quam meam suspicionem esse falsam Suspicarier) pro suspicari, per Paragogen. Hoc primum) s. scito, dicam, dicatur. Illud, quod maxime solicitabat adolescentem, primum cupit sublatum esse ex animo adolescentis. Primum) scilicet, dicam, priusquam incipiam de moribus Antiphilæ dicere. Huius) .i. mulierculæ. Archaismus. Ignores) id est, ut omnes res habeas cognitas. Dicta) s. quæ falso credita est mater. Ei) .i. Antiphilæ. Fuit) .i. mater. Anus) id est, Corinthia, cui Antiphilam mater exponendam dederat Illa) s. quæ sic falso dicta est. Hoc) id est, de anu mortua. Addit testimonium, hoc ita esse. Ipsa) id est, Antiphila. In itinere) s. nobiscum. Alterâ) id est, Bacchidi, pro alteri. Est & hic Archaismus. Alterâ pro alteri, nobis iam sic loqui non licet. Sic etiam in Eunucho: Solæ mihi ridiculo fuit. Supra in Andriâ: Tam iners, tam nulli consilij sum, pro, nullius. Altera) scilicet, cui dixit ipsa. Clitipho) s. here. Veniam) id est, ut postea de alterâ Bacchide dicam. Mane) Corripit Clitiphonem, ne porrò interroget. Cœpi) scilicet, de amica Cliniæ. Propera) Signum uanitatis, scilicet, dicere de illa prima causa.

Iam primum) Conformat propositionem rationibus sumptis ex statu coniecturali, suntq; signa ἄτεχνα, quæ habent in se plenam probationem. ἄμωσ. Orditur, ut diligenter moneat de statu familicij, quod fuerit plenum laboris. Hoc ipsum arguit, quod ipsa domina quoq; nihil mutauerit de prioribus moribus. Ventum) s. à me & Dromone. Aedes) scilicet Antiphilæ. Pulsat) Frequentatiuum à Primitiuo Pello. Primum est signum, fores fuerunt clausæ. Ergo ueri simile est, eam honeste uiuere. Anus) Vult significare, quod statim audierint. Est de utilitate personæ. Hæc) id est, anus. Hic) id est, Dromo. Consequor) Confert inter se. Dicit, quod illa res quoque in introitum sint signa quædam. Anus) Hoc ipsum est etiam signum pudicitiæ. Lanam) i. laborem, zur arbeit. Illam anum talem fingit, quod non fuit cupida nouitatũ. Hinc) Facit applicationem ad præcedens argumentum. Hinc) scilicet quod ita inuenimus omnia esse tranquilla in illa domo. Potuit) Labor & assiduitas sunt signa certæ pudicitiæ. Quo studio) id est, quibus artibus, qua ratione, quam honeste uixerit, quanto labore, quam parce ac duriter. Exegerit) id est, Antiphila. Exigere est quasi ad finem perducere. Hinc) id est, ex improuiso interuentu. Mulieri) id est, Antiphilæ. Interuentum) Als wir sie vberfallen haben plötzlich. De improuiso) Iam dicit de matrefamilias. Confirmatio à circumstantijs, quibus probat illam bene ac pudice uitam absente Clinia egisse. Ea res) id est, intro-

interuentus inopinatus. Existimandi) id est, iudicandi. Cotidianæ) scilicet. Quia consuetudine exegit uitam suam, quæ est certum argumentum cuiusq; ingenij. Locus communis est. Quotidiana uita declarat cuiusque ingenium. Ipsam) id est Antiphilam. Studiose) s. non uoluptatis caussa. Texentem) Aliæ coniecturæ à studio laborandi & negligenti cultu. Ocium in commoda secum affert & parit. Laborantem tollit. Sic ubiq; tribuuntur honestis matronis hæc studia, quibus tanquam sibi unice conuenientibus sint occupatæ. Offendimus) id est, inuenimus. Attexit narrationi caussam, quæ uidetur esse ueriſimilior. Lugubri) id est, quotidiano. Eius) scilicet, ita incedentem opinor. Anuis caussa) Veteres Latini soliti sunt formare à Nominatiuo anus Genitiuum anuis, sicut in alijs Nominibus quartæ declinationis, indicat Gell. lib. 4. cap. 16. Cuiusq;) Liuius: Id cuiq; spectatiſsimum est, quod nec opinato uiri aduentu occurrerit oculis, &wie einer iſt / so erwiſchet man jhn auch gemeiniglich. Ornatam) id est, Antiphilam offendimus. Vt) scilicet, sunt mulieres ornatæ. Sibi) s. non ut placeant amatoribus. Vbi) s. sunt. Nulla) id est, nullis illecebris mulierum, quibus attrahunt meretrices ad se suos amatores, jhre wangen waren auch nicht geſchminckt. id est, non fucatam ceruſſa, bleyweiß, quia naturalis color adulteratur. Re) i. nullo fuco muliebri. Paſſus) i. ſparſus. Prolixus) lang. Vide Ouidium.

Ecce iacent collo positi sine lege capilli
Nec premit articulos lucida gemma meos.
Veste tegor vili, nullum est in crinibus aurum,
Non Arabo noster rore capillus olet.

Negligenter) schlecht hin. Pax) id est, tantum. Hoc loco est Aduerbium. Sic mox, inx. Priscianus lib. 16. indicat pax græcum esse aduerbium, & significare, tantummodo, alleine. Res muliebris) scilicet, fucus, schminck. Fucare, schminckẽ. Fucatus, geschminckt. Ceruſſa, bley weiß. Per translationem significat, quicquid speciem quandam præ se ferr, & tamen non est germanum, sicut fucatus amicus, fucata gratia. Infra: Pax nihil amplius. Syre) Exultat quidem Climia, sed tamen nondum liberatur omni suspicione. Est affectus iuuenilis. Nebat) id est, parabat. Subtegmen) Tela habet duplex filum, primum uocatur stamen à stando, der fäden/ den man auffzeucht. Alterum subtegmen à subtexendo, den man drein macht in die zwerg. Subtegmen dicitur id, quod in tela texenda stamini inseritur. Teuto, der eintrag. Stamen, der zettel. Nebat) spulte. Iustinus, Inuenit eum colo purpuram nentem. De Sardanapalo hoc dicit. Pannis) id est, pannosa, non erat ornata. Metaphora sumpta est ab agris. Neglecta) id est, sordida, Sie ware auch nicht geschmückt/ Quæ nihil habebat ornatus. Sie hatte ein schmutzig stirntuch auff. Illuuie) id est, immundicia, sordibus. Texebat) id est, telam cum Antiphila. Si hæc sunt vera) Pro decoro gratulatur Climia

æquali

æquali suo fœlicitatem Clitipho. Sic enim solet fieri inter ueros amicos, ut iuxta afficiantur & secundis & aduersis rebus. Si hæc) Accommodatio ad argumentum præcedens. Hæc) ſ. quæ narrat Syrus. Fortunatior) Contrarium, quod antea dixit, Nemo me est miserior. Q. d. Cui contingit tam honesta & pudica amica. Hanc) id est, ancillam. Aliud signum à cultu ancillæ. Scin') id est, intelligis ne. Interrogantis est. Iubet autem, ut expendat, tanquam sit principale. Sordidatam) id est, pannis obsitam. Refertur ad corpus. Q. d. neglecto cultu, incultam. Sordidam) id est, immundam. Ad personam refertur, Immunda illuuie. Vide castigationes Riuij super hunc locum. Dominam) id est, Antiphilam. Extra noxam) id est, non culpandam. Magnum) Addit rationem, quare debet diligenter cogitare. Internunciũ) kopler/ mundtboten. Nam disciplina) id est, præceptum amatorium. Disciplina) id est, amatoria, jhr schulrecht, ars, ein regel. Negliguntur) id est, Cum nemo eis donauerit uestes. Munerarier) id est, Primum corrumpere ancillas muneribus. Eisdem) scilicet, ab amatoribus. Vult hoc dicere, Ancillæ non fuerunt ornatæ, Ergo est magnum, quod domina sit extra noxam. Falsam) id est, mendacijs tuis. Perge) Adhortatur eum, ut pergat narrare. Perge) ſ. dicere. Ad modum pro decoro conueniens πάθος. Caue) deusche mich nicht. Ait) id est, Antiphila. Inire) ſ. mentiendo. Ait) Hactenus dixit de uita, nunc de animo. Occa-

ſio eſt ad alteram partem. Me) id eſt, meum nomen. Nominas) ſ. cum me nominares. Enallage. Vbi) Argumentum, quod uere amet. Rediiſſe) ſcilicet, ex militia domum. Dicimus) id eſt, ego & Dromo. Mulier) id eſt, Antiphila. Os) ſcilicet, faciem. Pars pro toto per Synecdochen. H. e. Incipit lachrymari. Opplet ſibi) Datiuo libenter utuntur Græci in eiuſmodi uerbis. Quia præ nimio gaudio interdum fletur. Vide Alexand. Aphrodiſeum proble. 21. Tuo) id eſt, tui amore. Solet enim inſperatum gaudium ingentes lachrymas excutere. Scires) ſcilicet, ſcire poſſes. Id) ſcilicet, quod lachrymas effundebat. Præ gaudio) Quartus locus eſt obiurgatio ſerui in adoleſcentem. ἄλλως. Pathos exultantis amatoris & audientis amorem ſuum eſſe in tranquillo. Ita) Iurantis. Neſcio) Periphraſis eſt gaudij. Timui) id eſt, quorſum euaderes, ſwo du hinauß woltest. Timui) ſ. antea, ne alia uita eſſet, & alius animus. Sciebam) ſ. quod timeres, ſuſpiciones tuas eſſe falſas. At ego) Gloriatur, quaſi quod uerum dixerit. Nihil eſſe) ſ. quod timeres. Ita gloriatur de ſua perſona, & uituperat timiditatem Cliniæ. Agedum) Altera pars narrationis, in qua naſcetur Epithaſis fabulæ, qua adducitur amica Clitiphonis ante oculos patris. Viciſsim) ſ. conijcio. Hem eſt dolentis. Altera) ſcilicet, cum qua locuta eſt Antiphila.

Adducimus) Altera pars in Prothaſi huius fabulæ eſt de Bacchide, cuius apparatum ſumptuoſum

ſupra

supra descripsit. Hæc ideo adijcitur, *ut conferatur cum* Cliniæ amica Antiphila. Exponit autem consilium suum seruulus, quare Bacchidem unà adducat, & uersatur summa consilij in translatione Rhetorica. Vult enim Bacchidem Antiphilæ nomine apud patrem Clitiphonis latere. Sed quia hoc consilium audax & periculosum erat, fingitur adolescens cum seruo prolixius pugnare. Verum seruus quia ingenium nouerat cupidi adolescentis facile uincit repugnando, cum simulat se reducturum domum amicam. &c. Adducimus) Quia antea eam descripserat. Hem) Indignantis & admirantis. Bacchidem) scilicet, adducis. Illam) id est, Bacchidem adducerem) Quo) scilicet cuius iussu. Eho) Obiurgantis. Quos scilicet, rogas, quo ducam. Ad nos) id est, ad æde. Chremetis. Scilicet) Sæpe usurpamus in respondendo. Ad patrem) scilicet, ad patris ædes adducere uis. Ad eum) id est, in ædes patris. O) Exclamatio per indignationem, quasi dicat, O monstrum hominis. Impudentem) Vocat temeritatem. Heus) ἐπιφώνημα seu γνώμη. Xerxes apud Herodotum libro 7. Magna negocia magnis cum periculis fiunt. Heus) q d noli irasci, Memorabile) scilicet, quod durat ad memoriam posteritatis, seu dignum memoratu. Periculo) id est, discrimine. Hoc vide) Expostulat cum eo. Vide) Est formula, quæ pertinet ad eos, qui res magnas aggrediuntur. In uita mea) id est, in periculo meæ uitæ, uel, magno meo malo, Quia male habet eum, quod dicit, Non fit fa-

einus, &c. Quæsitum gloriam) id est, quæris Ehre eriagen. In Andria est locutio, cur te is perditum. Vbi) id est, in qua caussa. Te fugerit) id est, Si erraueris, Si fallat te tua sapientia, Si parum prospexeris. Soou es ve sihest. Est enumeratio periculorum. Scelus) id est, tu sceleste Syre. Quæsitum) id est, &wiltu an mir lob erlangen / Vis quærere laudem. Modo) id est, tantum, quasi dicat. Si paululum aberraueris in ea re. Illo) id est, cum tali seruo. Addit de suo stomacho. At enim) q.d. Nihil est periculi in ea re. At enim) scilicet, dicam si uis. Occupantis est. Quid enim) Interpellat eius sermonem. Si sinas) Videt irritatum, Ergo non pergit. Sine) s. ut dicat. Sino) permittit ut dicat. Ita res est) id est, Ita habet se totum negocium, Gleich also gemanet mich es. Quasi) hoc est, Quasi cum nullo periculo contingere posit. Oratio est imperfecta. Syrus uoluit dare similitudinem. Quas) iterum stomachatur. Malum) Est Interiectio indignantis, & refutantis uerba Syri. Ambages) id est, nihil dicis ad propositum. Verum) s. te narrare ambages. Hic) scilicet, Clitipho. Mitte) id est, ambages, q. d. Noli dicere, quæ nihil pertinent ad rem, Dicas quæ fuit altera. Verum) Admonet Clinia seruum, ut rem perspicue, sine ullis ambagibus indicet. Enimuero) id est, certe, profecto. Reticere) scilicet, quid me mordeat. Iniurius) scilicet, facit mihi iniuriam, iniquus est, ist vnnütz/vnd kan nickt leiden. Potis est) id est, potest. Ferri) id est, tolerari, est intolerabilis. Audiendum)

dum) interponit se Clinia. Tace) scilicet, tu Clinia. Vis) Contentio à contrario, quo eum obiurgat. Amare) scilicet, Bacchidem. Expositio sui consilij, quæ est Protasis fabulæ. Illi) id est, Bacchidi. Vis) scilicet, ô Clitipho. Effici) id est, à me argentum. Potiundo) scilicet amica. Sapis) Du bist kein narr e nicht. Ironia. Siquidem) so anders. Correctiuncula. Velle) id est, optare. Sapere) id est, amare sine periculo. Contingere) s. sine periculo. q.d. Non uis sustinere periculum. Hæc) .i. commoda. Cum illis) .i. periculis. Dilemma est. Es muß beysammen sein/ wilt du eines haben/ so mustu das ander auch haben. Illa) id est, solatia. Cum) scilicet periculis. Harum) offert ei optionem. q.d. Quæ sit tua optio in his duabus conditionibus, quasi dicat, An uelis habere cum periculo amicam, an uero omittere. Conditionum) .i. optionum, scilicet, aut uelle pericula cum amica, aut amittere eam unà cum periculis. Vide) id est, elige uel commoda cum periculis, aut nulla pericula cum nullis commodis. Supra sic usus est Terentius in Andria: Accepit conditionem. Liuius ab urb. cond. Concessumq; in conditiones. Cicero pro Sexto Roscio, Hanc conditionem misero ferunt. Conditio ein fürschlag. Obserua autem hic fiduciam stulti serui, de consilio suo. Naminfra uidebis quam fallat eum euentus. Etsi) Correctio. Estq; quintus locus de consilio, Tantum uult Poeta describere stultos affectus in amatore Clitiphone. Consilium) anschlag. Ostendit suum consilium non esse periculosum, quemadmodum Clitiphō

pho existimet. Tutum) id est, sine periculo. Etsi) Præfatiuncula ante consilium, quod debet esse sine magno periculo. Cœpi) scilicet, in tua caussa. Magnifice effert suum consilium. Rectum) .i. inhonestum. Nam) Propositio consilij, & expostulatio serui cum Clitiphone. Copia) id est, facultas, q. d. Facile fieri potest per illud consilium meum. Tum) Iam sequitur altera pars propositionis. Tum) id est. deinde. Illi) .i. Bacchidi. Amica) id est, Bacchis. Inueniam) das wil ich auch auff die weise erfinden. s. Conficiam apud patrem. Quod) .i. argentum. Redit ad obiurgationem. Via) id est, occasione. Efficerem) A uoluntate Clitiphonis. Reddideras) id est, nullam finem feciſti orandi, improbis precibus solitus es me obtundere. Hyperbole est. Quid aliud) Est obijcientis multa commoda, quasi dicat. Quid aliud tibi possum magis præstare. Siquidem) id est, si modo. Est dubitantis. Hoc) id est, de argento. Siquidem) Mimesis, & ironica repetitio uocis. Indignatur enim, quod nullam sibi habeat fidem. Age) Concedentis, Rogat, ut exponat consilium. Cedo) .i. dic, Verbum est defectiuum, quod tantum usurpatur in Imperatiuo. Quid id est) Verba desiderantis audire consilium. Assimulabimus) Ponit summam consilij & propositionem. Huius) id est, Cliniæ. Tuam) .i. Bacchidem. Expositio consilij. Callide autem Clitiphonis amica, Cliniæ esse simulatur, ut Antiphila ad Sostratam deducatur, quæ post agnoscetur, ut ia Chremetis. Qua cognita & altero consilio inuento à

lo à Syro, extorquebatur argentum à Chremete, quod Citipho à Bacchidi promiſera. Pulchre) Ironia irridentis hoc conſilium, non approbantis. Sua) id eſt, amica Antiphila. Facio cum Ablatiuo ſæpe ſolent uti comici. Hic) ſcilicet, Clinia. Huius) .i. Cliniæ. An ea) Venuſte eſt excogitatum, & ſententioſe dictum) Ea) id eſt, Antiphila. Huius) .i. amicæ. Vna) id eſt, Bacchis, q.d. Eſt dedecus unam habere, nedum duas. Aſpergit feſtiuum locum, quaſi dicat, Non ſatis eſt magnum dedecus habere unam amicam. Addamus duas. Meretrices enim ſunt dedecori adoleſcentibus, die dlten Huren bringen den iungen Geſellen groſſen nachtheil. Matrem) ſcilicet, pro ancilla, Matrem) ſ. Soſtratam. Alludit ad Cataſtrophen. Nam Antiphila ad Soſtratam deducta per annulum cognoſcitur à matre. Deducetur) id eſt, Antiphila. Quid eo) .i. uis ducere. Quid eo) id eſt, quare ad matrem debet deduci. Quid) id eſt, quare. Longum) Pulchra & apta reſponſio apud talem adoleſcentem, qui non eſt contentus ullis uerbis. Id) id eſt, ut deducatur ad matrem. Vera) id eſt, bona, ſolida, & legitima eſt, quare faciam. Fabulæ) id eſt, ſunt, quas effers. λογοι ſunt. Eſt formula eleuantis totum conſilium. Nihil ſatis firmi video) id eſt, Nihil eſt firmi in hoc tuo conſilio, Nihil ſolidi, cui fieri poſſim. Nihil) Iam dicit, quod improbet ipſius conſilium, q. d. Nullas bonas rationes uideo. Firmi) id eſt, in tuo conſilio. Accipere metum) pro ſubire, annemen/ begeben/ ſich in ſorge ſtechen vnd auff ſich nemen/ quaſi dicat,

Me

Me frustrà in hunc metum conijcere, timere, sich in gefahr geben. Expediat) scilicet, non sine metu possum acquiescere tuo consilio. Mane) id est, audi, ausculta. Quia ipse improbat, quod nolit neq; audire, neq; consulere seruum. Aliud) .i. consilium. Istuc) .i. primum. Ambo) id est, tu & Clinia. Sine periculo) .i. tutum esse. Ludit adolescentem. Huiusmodi) s tale consilium, quod sit sine periculo. Maxime) q.d. Nihil est facilius, Est significatio prompti tudinis & abundantiæ. Ibo) Illudit, estque ἀπροσδόκητον. Obuiam) id est, Bacchidi. Hac re sciebat tangi animum adolescentis. Hinc) .i. ex hoc loco, Hem) Indignantis est. Faxo) id est. adimam tibi. Est Periphrasis, & sunt plane facetiæ. Iam) scilicet, si dixero, ut reuertantur domum. In aurem vtramuis dormias) id est, sis sine solicitudine & metu & periculo. Prouerbium est, & significat esse ocioso & securo animo. Securitas enim somnos conciliat. quasi dicat. Vt sis prorsus ociosus & tutus, ut omnino nihil pericliteris. Ago) id est, faciam. Seruus enim fingitur discere, & quærit consilium ex Clinia. Ago) Loquitur ad Cliniam. Tunc) s. rogas, quid debes agere. Boni est) id est, uel quod bonum & utile est tibi, uel quod boni est adolescentis. Verum) s. quid faciendum censes. Age) id est, fac nunc meum consilium. Discedentis & comminantis est. Voles) .i. optabis. Sero) id est, post festum. Nequicquam) id est, frustra optabis potiri amica. Respicit ad locum communem, occasionem non esse negligendam.

Demo-

Demosthenes dicit esse donum Deorum. Datur) id est, aliqua occasio fruendi amica. A præsenti occasione. Fruere) .i. non est temere amittenda occasio. Sic dit Horatius: Tu quacunq; Deus tibi fortunauerit hora Grata sume manu, nec dulcia differ in annum. Et alibi: Dona præsentis cape lætus horæ. Licet) id est, dum adest. Eius) .i. Bacchidis amicæ. Ratio, quia occasio fingitur esse calua. Syre) Reuocat seruum decedentem. Perge) id est, clamando me uocare. Ago) .i. quod cœpi, s. reuocabo mulieres, uel, fac etiam, ut reuertantur domum. Verum) .i. serio te uoco. Syre) uocantis. Heus) repetitio. Nihil enim tam cupit, quam ut unum atq; alterum uerbum audiat. Concaluit) id est, incensus & inflammatus est amore, Er ist in der liebe entbrandt. Hoc secum loquitur Syrus, & est proprie dictum de amore. Quid vis) id est, Clitipho, quod tantopere clamas. Redi) s. ad me. Iam incipit repetere obiurgationem. Negabit) id est, dices hoc quoq; tibi displicere. Hoc) id est, consilium. Placere) s. satis scio. Hoc) s. quod amica ueniat. Imo) corrigentis est, Tam placebit mihi. Permitto) id est. Ego me totum tibi trado & commendo. Famam) s. qua nihil est precio sius. Iudex) id est, Ages omnia pro tuo arbitrio, Solus tibi permitto totum iudicium. Quid) scilicet, propter quid. Accusandus) .i. in hoc consilio, Sihe zu / das du es machest, das man dir keine schuld weiß zugeben. Addit cautionem. Famam) Hoc loco discant adolescentes, indignum esse homine ingenuo, præbere aures

seruis

seruis, cum ad inhoneſta perſuadere conantur. Hoc enim nihil aliud eſt, quam ſeruum ſerui fieri cum, cui fortuna in alios poteſtatem conceſſerat. Iudex) Tanta eſt inſania amoris, ut herus præpoſtere à ſeruo expetat conſilium. Adeo nullius conſilij ſunt compotes amatores.

Ridiculum) Confirmatio à periculis, ſe effecturum, ne culpari poſsit. Iſtuc) id eſt, de cauendo periculo. Addit collationem periculi. Iſtic) id eſt, in ea re. Agatur) ſcilicet, ut ſim in minore periculo, quam tu. Hic) id eſt, in hoc noſtro conſilio, aut negocio. Euenerit) id eſt, ſi ſecus, quam uolumus, acciderit. Hic) i. in tua cauſſa, in tuo amore. Huic) i. mihi Syro, ſεκτικῶς & eſt hic grata agnominatio, uerba & uerbera. Plaut. in Menipp. Magis multo patior facilius uerba, quam uerbera. Verba) i. audies lites. Loquitur de illa ſeruili conditione. Parata) id eſt, tu mihi male acceperis à patre uerbis. Verba) id eſt, obiurgatoria. Hæc res) ſcilicet, quam nunc agimus. Neglectui) i. Hæc res eſt mihi curæ, Hæc res non à me negligitur, Ego cauebo, ne incidam in periculum, Ich wende allen vleiß drauff. Iſtum) id eſt, Cliniam. Exora) id eſt, impetra orando. Exorare enim eſt orando impetrare. Suam) id eſt, Bacchidem. Scilicet) id eſt, affirmo, promitto. Concedentis eſt. Rediit) dieweil die ſache dahin iſt kommen/ id eſt, res ita poſtulat. Neceſſe) id eſt, me facere, ut aſſimulem Bachidem eſſe meam. Merito) id eſt, rem mihi gratam facis. Breuis eſt gratiarum actio. Verum) ſ

cauendum

cauendum est. Illa) id est, Bacchis. Titubet) id est, ne quid temere effundat, ne sermone se prodat, das sich die Bacchis nicht jrgend in worten verspricht vnd schnappen lest. Titubare, dorckeln/ wie die volen Bierschleuche thun. Postea refertur à corpore ad animum. Q. d. Timeo, ne aliquid dicat, quod postea omnino patefaciat totum negocium, Ne prodat seipsum, Ne quid timere effuciat, quo se indicet. Perdocta) Id est, Non est, quod uereare, Ipsa potest habere rationem temporis, loci, & personarum, Sie weis sich wol zu schicken. Significat admodum honestis uerbis, qualis fuerit meretrix, Sie ist von anbegin darbey geweest. At) Occasio, ad præcepta, quæ sequentur. Persuadere) Vberreden, id est, ut ueniret. Illi) Id est, Bacchidi, tam potenti & nobili. Quos) Id est, quoslibet, nobiles & ignobiles, wie grosse Hansen hat sie offt veracht. Est admirantis.

In tempore) Locus communis est, quod oportunitas temporis maxime obseruanda sit in conficiendis negocijs. In tempore) zu einer guten stunde, zu rechter zeit. Dicit de occasionibus, quibus mota Bacchis statim pollicita sit suam operam. Sic Cicero lib. 11. Epist. 16. suadet, obseruandum esse tempus reddendæ Epistolæ. Virg. 4. Aen. Tentaturum aditus, & quæ mollissima fandi tempora, quis rebus dexter modus, &c. ubi tria ponit, aditum, tempus, & modum. Claudius Cæsar quendam intempestiue accedentem manu à se reiecit. Primum) id est, potissimum. Nam) Expositio, quod uenerit in tempore.

Offendi) id est, inueni. Offendere, einen antreffen oder vngefehr finden. Misere) id est, uehementer. Noctem) id est, cubitum, Das sie solte eine nacht bey jhm sein. Verecunde & recte rem tu pem describit. Hæc) id est, Bacchis. Tractabat) id est, poterat animum eius tenere suspensum. Virum) .i. militem. Arte) id est, meretricea, mit behendigkeit, werchlich, meysterlich. Q. d. Nihil statim uoluit polliceri. Breuis narratio, quæ describit ingenium & mores meretricum. Inopia) id est, negata copia sui. Plautus in Tri. Cum inopia est cupias, quando eias copia est, non uelis. Incenderet) id est, ad rogandum & petendum. Inopia) .i. recusando, Mit dem das sie sich wehrete. Illius) .i. militis. Q. d. Non poterat illa potiri. Supra in Eunucho: Quanto minus spei est, tanto magis amo. Apud te) .i. Clitiphonem. Locus communis est, Nitimur inuetitum, cupimus semperq; negata. Ob hoc) s. quod contemserat militem.

Sed heu) Præcipit etiam Clitiphoni, ne se insinuet adducens rationes à perspicacitate sensis, ab impotentia animi iuuenilis, & à modo uitandæ imprudentiæ signa. ἄλλως. Dat præcepta, quomodo gerat se cum Bacchide coram patre. Sis) est syllaba adiectitia. Enumeratio præceptorum, in quæ utitur breuibus uerbis. Primum obiurgat. Deinde præscribit modum uiuendi. Ne ruas) id est, Ne prodas te imprudens, Das du dich nicht vnweißlich verredest, das du dich nicht vbel fürsehest. Quid) id est, erres. Perspicax) &wie wol er sich vorsehe / wie verschmitt

er auff

er auff dieſen handel iſt/ Hoc eſt, Quam facile animaduertat has res. Ad has res) id eſt, amatorias. Ratio, quare eum moneat. Nolui) Ich habe wol lernen kõnen. Impotens) Scilicet, tui, hoc eſt, quod non poſſit tibi imperare, &wie du deine affectus nicht kanſt vergeben / &wie du deiner nicht mechtig biſt / kanſt nicht an dich halten / kanſt dich nicht meßigen / biſt vngehalten. Abſtine) conſtruitur primo cum Ablatiuo & Præpoſitione. Deinde cum Accuſatiuo. Tertio cum Genitiuo, ut hic. Inuerſa) id eſt, præpoſtera uerba, præpoſtere pronunciata uerba, verkerete wort / quæ dicuntur in re aliqua non ſuo loco. Euerſas) Id eſt, non erectas, quas indecore ſemper moues, &wie du dich nach jr pflegeſt vmbzuſehen. Q. d. Noli euertere ceruicem tuam. H. e. Ne extolle caput tuum huc atq; illuc, nunc ſurſum, nunc deorſum circumſpiciendo, quod ſignum eſſe ſolet ſolliciti animi et anxij. Nam ex his ſignis pater deprehenderit amorem tuum. Euerſas) id eſt, tuam duram ceruicem. Sunt ſigna uecordis amatoris. Hic locus eſt ueluti ὀνοvομία expoſtulationis, quæ infra ſequitur, in qua ſenex expoſtulat cum filio de impotentia animi, & immodeſtia, ut quam maxime illa ætas bonorum uirorum animos à ſe alienet, ſicut contra nulla uirtus tam illuſtris & ſpectabilis eſt in adoleſcentibus, quam modeſtia, quæ certe eſt pulchra & honeſta hypocriſis. Vt autem illa latiſſime patet, & requiritur à Philoſophis in uultu, uoce, ore, cultu, oculis, ſermone, inceſſu, conceſſu, & toto congreſſu. Ita hic præcipit

seruus de uerbis, de gemitu, screatu, tussi, risu, habitu ceruicis, ac totius corporis. Hinc etiam Cicero in 1. Offic. disputat de gressu, ne nimium tardus sit, neque etiam nimis citus ac uelox. Hinc totius in descriptionibus honestarum puellarum repetit Poeta, Vultu adeo modesta, forma adeo uenusta, &c. Screatus) Reuspern. Gemitus) id est, suspiria. Tussis) quæ prouenit à pulmone. Screatus) Scilicet, qui prouenit ex stomacho. Laudabis) id est, Ero in illis cauendis diligentissimus, Du wirst es sehen, ich wil mich noch wol halten. Pollicetur se uelle cauere omnia illa uitia. Vide sis) Sihe zu. Mirabere) Scilicet, de illa continentia. Sed) Parasceue ad sequentem Scenam. Vbi) Vide impotentiam animi iuuenilis, simul atque nominari audit mulierem, obliuiscitur omnium, quæ promiserat de dissimulando. Retines) Fictio gestus. i. Non debeo salutare meam, &warumb helstu mich. Hæc) .i. Bacchis. Scio) id est, nunc non esse meam. Nunc) .i. mea est, uel, sit mea, uel, licet adesse meam. Interim) s. quam diu non est apud patrem, mea est. Nihilo) Scilicet, quam domi, uel, nunc est tua, quam apud patrem. Sine) s. salutare meam. Quæso) fugit ad preces. Veto) id est, prohibeo, ne adeas. Salutare) Das ich nur ein wörtlein mit jhr rede. Abeas) mit den Fantasten hin weg. Eo) gemitu discedit, sed coactus. Ich muss ein vbrigs thun. Istic) Scilicet, faciet Clinia. Manebit) Id est, apud amicam. Hominem) s. Cliniam. Rursus hic exprimitur impotentia amoris. Obserua ex hac Scena inter

ter alios locos communes, quod magna negocia sine periculo non possint confici, Wenn einer wil gewinnen/so muß er auch auffsetzen.

ARGVMENTVM IOHAN. STIG. IN ACT. II. SCE. IIII.

Aedepol, &c.

DIserte ac perspicue hactenus ob oculos posuit Terentius utriusque adolescentis Cliniæ nimirum & Clitiphonis naturam, affectus, ac mores, cum illum honesto, ac hunc in honesto amori operam dantes inducit. Itaque ut planius lectori considerandum relinquat, quantum honestas præstet turpitudini, sub descriptione Bacchidis & Antiphilæ eleganti antithesi exprimit tum uitæ meretriciæ, tum honesti matrimonij conditionem. Est autem locus communis, uirtutis esse tantam efficaciam, ut etiam ab honestate alienos ad sui admirationem impellat. Cæterum tota oratio pertinet ad genus Demonstratiuum, quæ & Encomium honestatis, & reprehensionem meretriciæ artis complectitur.

ALIVD D. CASPARIS CRVCIGERI.

HActenus quasi prælusum est de utriusque adolescentis amoribus, cum depinxit alterum Cliniam, atque eius amicam bono ingenio & utrinq; honestæ

neſtæ ſeſe amantes. Alterum uero Clitiphonem cum ſua amica longe diſſimilibus ingenijs. Nunc uero ipſæ mulierculæ producuntur, ut ex earum colloquio appareant utriuſq; mores. Ac Antiphila Cliniæ amica ipſius Bacchidis teſtimonio commendatur.

ALIVD M. AMBRO.

QVod dictum eſt in præcedenti Scena à Syro de moribus Antiphilæ, id pluribus confirmat Bacchis in illo colloquio cum Antiphila. Nam huius puellæ modeſtiam inprimis laudat. Sed præterhoc etiam deſcribit mores meretricios, quod nihil aliud quærant, quam ſumma aſtutia ac dolis extorquere pecuniam. Ita per collationem præfert meretricum moribus Antiphilæ mores, quæ decreuerat cum uno uiro ætatem degere. Præterhoc colloquium additur elegans deſcriptio amoris utriuſque, Cliniæ uidelicet & Antiphilæ. Hij familiariſſimè ſe mutuo ſalutant & complectuntur.

ALIVD EIVSDEM.

VT magis Antiphilæ mores commendentur, quorum laudationes ſupra ſunt inſtitutæ, hoc loco Bacchis inter eundum magnifice prædicat ſingularem puellæ modeſtiam, quæ decet eſſe ornatas honeſtas mulieres omnes. Vtitur autem eleganti deſcriptione cogitationum & affectuum, qui ſunt in illicito &

to & licito amore. Porrò posteaquam Antiphila semel est uisa, adolescens non potest occultare suum amorem. Id unum agit, ut suam salutet, & cum ea amanter colloquatur, utq; palam fiat, amorem non esse simulatum, Ipsa quoq; puella describitur sic, ut quæ non sit apud se præ nimio amore.

ALIVD EIVSDEM.

HAec Scena est generis Demonstratiui. Continet enim commendationem Antiphilæ à mansuetudine & modestia singulari, itemq; ab officijs matrisfamilias, addita uenusta collatione & amoris meretricij, & eius, qui est in matrimonio.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDRAE MIseni in Act. II. Scen. IIII. Aedepol, &c.

ISti formæ mores.) Ouid. 2. Fast, de Lucretia castißima fœmina: Et facies animo, dignaq;, parq; fuit.

Nam mihi quale ingenium haberes, indicio fuit oratio) Quint. lib. 11. profert mores plerunq; oratio, & animi secreta detegit. Græcus dicit: Sermo est character uitæ & animi.

Hij se ad vos applicant) Cicero lib. 1. offic. Alij ad eloquentiam se applicant. H. e. Adiungunt

animum. Supra in Andria: Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, ut animum ad aliquod studium adiungant. Et in Prolog. And. Poeta cum primum animum ad scribendum appulit.

Vt nunquam vlla amori vestro incidere possit calamitas) *Supra in Andria etiam pro interuenire usus est, sicut hoc in loco: Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit. Aliter usus est Cicero lib. 1. Epist. 2. Cui cum interceſsisset, id est, aduersatus est meæ sententiæ. Vide Annotat. in lib. 1. Epist. 2.*

Habitum) *Id est, comparatum, affectum, animatum, gestinnet.*

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. II. Scen. IIII. Aedepol, &c.

TAntum hæc Scena est repetitio quædam istius loci de moribus Antiphilæ, Quia uoluit in hac repetitione hoc significare, nihil esse pulchrius uerecundia & pudicitia. Confert ita mores meretricios, & mores honestæ puellæ. ἄλλως. Bella est in hac Scena collatio rerum contrariarum, quam illustrauit egregijs sententijs, quibus orationem subinde à specie. H. e. à persona Antiphilæ, ad genus, hoc est, Ad alias quoq; puellas accommodat miro consilio, sicut alias solet orationem à genere ad speciem reuocare. In collationibus sæpe laudantur partes, sæpe uituperantur,

tuperantur, hic altera laudatur, altera non item. ἄλλως. Colloquuntur inter se mulierculæ, & Bacchis commendat Antiphilæ mores. ἄλλως. Spargit in personas descriptionem morum Bacchidis & Antiphilæ, ut appareat honeste amasse Cliniam. AEdepol) Est Aduerbium iurandi. Propositio à loco communi, felicem te, me infelicem. Propert. illis ampla satis forma pudicitia est. Ouid. Est lis cum forma magna pudicitiæ. Adeo nihil tam illustre, tam spectabile & admirabile est in illa ætate, quam modestia & sanctitas morum. Illæ scilicet sunt rationes conciliandorum amatorum. Vide Odyss. Homer. θ. de concubitu Martis & Veneris. οὕνεκα οἰκαλὴ θυγάτηρ, ἀτὰρ οὐκ ἔχέθυμος, non pudica. Primus itaque locus est, ut ante omnia præ se ferat magnam uerecundiam. Secundus est locus, quod amor non possit occultare iuxta illud, Sed tamen apparet dissimulatus amor. Terentius est, quod scortum honestas nuptias laudat. Seneca sic scribit: Adeo gratiosa est uirtus, ut insitum sit etiam malis probare meliora, &c. Sic Cicero scribit in Lælio: Nihil est amabilius uirtute, nihil quod magis alliciat ad diligendum, quippe cum propter uirtutem & probitatem eos etiam, quos nunquam uidimus, quodam modo diligamus. Antiphila) In itinere uarijs de rebus colloquuntur. Fortunatam) Id est, felicem in omni uita. Iudico) Id est, non tamen es digna laude, qui mores formant naturam. Id) Id est, ad id. Studuisti) Ratio ab honestatis studio, Quare honestos mores formæ coniunxisti

Virg. Gratior est pulchro ueniens è corpore uirtus. Formæ) Id est, bonitatis formæ, tam egregiæ. Mores) id est, tui, s. ut sit mens sana in corpore pulchro, ut uirtutes animi responderent formæ corporis. Martial. Non tristis torus, attamen pudicus. Consimiles) id est, ut esses bene morata. Minime) Epilogus. Ergo non est mirum, si habeas multos procos. Si ament te adolescentes propter tuam honestatem. Quia sunt dotes excellentißimæ, forma & boni mores. Ita) Iurantis. Num) Ratio propositionis seu commendationis. Oratio est character animi. εἴδωλον τοῦ βίου ἐ χαρακτὴρ ὁ λόγος. Cicero, Moribus semper consonat oratio. Qualis uir, talis oratio. Solon dicit sermonem esse uiuam animi imaginem. Oratio) id est, honesta, casta, & libera. Ingenium) id est, quæ sit tua natura. Fuit indicio) hat mir angezeigt. Et cum) Amplificat collatione, cum ipsam ad se & reliquas meretrices confert. ἄλλως. Collatione expositionem explicat. Rhetoricum est, quemadmodum uasa probantur tinnitu, ita & homines probantur ex oratione. Vitam) id est, uiuendi rationem, wie du dich ehrlich hieltest in allen dingen. Vestrarum) id est, honestarum, quæ similes sunt in moribus. Omnium) id est, uitam. Vulgus) .i. communes meretrices. Segregant) id est, quæ uiuunt uerecunde, non quoslibet admittunt, quæ sunt uno contentæ, quæ non faciunt copiam sui cuiq;, quæ reijciunt, quæ non paßim omnes ad se recipiunt. Segregare) Pertinet ad totam consuetudinem uitæ.

Istius

Istiusmodi) .i. tam honestas, sic ornatas bonis moribus, sic probas. Confert suam miseram uitam cum Antiphilæ moribus, & honesta eius uita. Non esse) id est, amantes honestatis, uel, uobis similes, sed malas. Nam) Expolitio collationis, & est longum hyperbaton. Non potest esse uerus amor, nisi inter duos, qui sibi inuicem fidem seruant. ἄλλως. αἰτιολογία in qua dicit de uero amore, qui tantum est inter duos. Deinde de illicito amore. Amatores capiuntur forma, meretrices uero auro & pecunia. Expedit) .i. est commodum. Bonas) id est, amantes honestatis. Vocat bonam, quæ est contenta uno. Non bene cum socijs regna, Venusq; manent. Sinunt) scilicet, amatores bonas esse, quæ sumus re familiari angusta. Quippe) αἰτιολογία, continens meretricias miserias. Dicitq; de caussa impulsiua. Nos) ἀνακόλουθον est. Nam deinde sequitur nobis, qui casus non conuenit cum Pronomine nos. Non enim dicimus. Nos est, Hæc) scilicet, forma, quæ non diu durat. Argumentum à caussa ad effectum. Colunt) id est, habent nos in precio. Impulsi) id est, commoti. Immutata) id est, cum amplius non sunt formosæ. Illi) id est, amatores. Alio) id est, incipiunt aliam quandam amare, alias amant. Interea) scilicet, dum colimur. Prospectu) id est, Si non instituimus ex ea re magnum quæstum, wenn wir nicht haben etwas für vns bracht, nisi nobis consuluimus, Es sey denn, das wir mit etwas versehen oder versorget sind, Prouisum. Dicit, quod meretrices capiantur auro. Desertæ) id est, derelictæ.

Vobis

Vobis) Altera pars de amore perpetuo & uero, Vos non potestis facere diuortium, nisi morte. Decretum) Id est, statutum. Vno) Id est, uiro. Refertur ad totam speciem, & respicit omnes. Consimiles) Dicimes sinnes sind, Qui idem cupiunt, & idem nolunt. Vestrum) Id est, uestris, qui proxime accedunt ad nostros mores. Agere ætatem) Id est, traducere uitæ tempus. Egregia sententia, Similitudinem morum mirabiliter conciliare & conseruare amorem. Supra in And. Conueniunt mores. Idem fit in amicitia quoque. Hij) Id est, uiri. q. d. Tales amatores, qui habent similes mores, & est hic Enallage numeri, in Cuius & Hij. Applicant) .i. Incipiunt uos amare. Sie freyen vmb euch.

Cuius) Locus communis est, quod in coniugio similitudo morum est maximum uinculum beneuolentiæ, Similitudo morum mater amicitiæ. Beneficio) Id est, propter similitudinem morum, fidem seruando, scilicet, hac coniunctione animorum. Deuincimini) Id est, amor est perpetuus & constans, Alter diligitur ab altero. Similitudo est magna causa, quæ coniungit & conglutinat amorem. Deuincimini) Es wird eins gegen dem andern verbunden. Vtrique) Id est, uir & uxor. q. d. Verus amor sic coalescit & firmatur similitudine morum. Amori) Id est, firmo & uero. Vult significare, ubi non est amor uerus, qui coalescit similitudine morum, necesse est, ut incidat calamitas. Nunquam vlla) id est, ut amor uester non conferatur alio. Nescio) Respon-

det

det Antiphila modeſte & paucis uerbis. Alias) id eſt, mulieres. De fide & officio honeſtæ matronæ. Concedit illam totam oratonem. Alias) Scilicet, aliud non ſcio. Concedentis. Illius) id eſt, Cliniæ commodo. Honeſtiſſima uox puellæ. Compararem) id eſt, ut illa omnia facerem ex nutu Cliniæ. Ich habe jhm gethan, was jhm lieb geweſen iſt. Eſt ſumma de obœdientia, quam debet uxor marito. Inprimis & decet & ornat mulierem, ut ſtudeat commodis mariti, ac ſuo officio ſedulo fungatur, & non ſit rerum alienarum curioſa. Neſcio alias) .i. ignoro, quid aliæ faciant. Feciſſe) .i. ſemper dediſſe operam. Illius) .i. ut illius commodum coniunctum eſſet cum meo commodo. Vah) Antiphila commouit Cliniam. Eſtq; hic pathos ſibi gratulantis. Reducem) das ich wider zu landt komme in mein Vaterlandt. Reſtituis me patriæ. Cœpi) id eſt, Profeſſus ſum. Cauſſa, quare redierit tam cito. Abuſum) Scilicet, in militia. Cœpi) id eſt, in militia. Leues) .i. minime moleſti, alle arbeit ſind mich leichtlich ankommen. Vah) lætantis & gaudentis. Tui carendum) id eſt, Ita tenebar tui deſiderio, ut unus dies uideretur mihi totus annus. Græca conſtructio eſt. Nam carendum te dicimus nos. Careo cum Genitiuo conſtruxit Poeta more ueterum, quod iam Latini conſtruunt cum Ablatiuo. Credo) id eſt, te gaudere, uel, uerum eſſe, quod dicis. Suffero) .i. Vix mihi poſſum temperare, Vix contineo me, Non (inquit) poſſum expectare, donec ad me ueniat. Hoccine) Addit querelam de imperio

patris.

patris. Miserum) Vox exclamantis. Hocciné) Id est, hocne est. Fui ingenio) id est, satisfacere animo meo, nach meinem kopff hinauß geben. Infra, Sine me in hac re num morem gerere. q.d. illam amplecti. Meo modo) nach meinem willen, Indulgere meis affectibus, Viuere pro meo arbitrio. Ingenium uocat illum ardorem, quem habet erga puellam. Imo) Allegat mandatum & minas patris. Habitum) id est, dispositum, affectum, iratum erga te. Duras) id est, partes, quasi dicat. Præbebit se durum, Er wird dir die Beule anlegen/ vnd alle plage geben. Duras) Est Græca Eclypsis. Duras) id est, plagas. Ita & Germani dicunt, Er hette jhm gute gegeben. Supra in Eunuch. Dabit mihi magnum malum. Item, Quas turbas dedit, &c. Dabit) Hoc ita dicit, quod uidet adolescentem ita esse incensum, ut nulla re possit coerceri. Quis nam) Quodam modo pingit compressionem amantium. Interregat, quia ipse cupit uidere Clitiphonem. Intuetur) Donatus legit intuitur pro intuetur. Quare ueteres coniugauerunt hoc Verbum in tertia coniugatione. Ah) Illa iam est tota incensa. πάθος amatorum. Retine) id est, Præ gaudio non sum apud me, ut omnino modestia bene edocti ingenij eluceſceret, Fingitur à conſpectu Cliniæ amatoris prope conſternari. Adeo modestia & pudor ornat puellas. Secus in Bacchide. Inferior Germania tegit facies totas fœminarum, quæ sunt haud dubie reliquiæ ueterum Romanorum, Sic & sacræ literæ, ut est in Genes. 24. Hecuba ad Polymestorem

apud

apud Euripid. in Hecuba, ἄλλον δὲ νόμον γυναῖκας ἀνδρῶν μὴ θέλειν εὐανδρίαν. Id est, contrario. Amabo) Blandientis. Salue) Salutationes amatoriæ. Retine) Vult significare, quod non possit pedibus consistere. Teneo) id est, fulsis etiam fidem datam. Estne amicitia nostra firma, referuntq; quidam ad fidem, ita ut dubitet, an à se aliena sit, an in fide persistat. Disperij) Exclamantis uox. Amabo) Annuentis, quasi dicat. Quare tantopere palles. Videon') Iam ad se redit. Quem vides) Quia non intelligit statim. Salue) suauissima salutatio. O mi) Resalutantis. Vt vales) Percunctatio. Saluum) Oblita est sui, & gratulatur de felicitate adolescentis. Teneo) id est, Es etiam mea, quemadmodum antea fuisti. Oprate) nach der ich so grossen verlangen trag. Ite) id est, tu Clinia & Bacchis. Senex) id est, Chremes.

ARGVMENTVM IOHANNIS STIG. IN ACT. SCEN. III.

Lucescit, &c.

CHremes certiorem facit Menedemum de reditu filij, & qua disciplina is in posterum tractandus sit à patre, in medium consulit. Est itaq; propositum hic tum ueri amici, tum boni parentis officium. Veri enim amici est, nullum officium fugere, quod in commodum cedat eius, cum quo tibi intercedat amicitiæ uinculum, ut recte ille in Mercatore Plautino,

Quan-

Quanquam (inquit) negocium est, si quid uis, Demipho non sum occupatus unquam amico operam dare. Inde natæ sunt sententiæ: Amicus certus in re incerta cernitur. Item: Amicus alter ipse. Quæ sententiæ quod & quale debeat esse officium amici, inuicant. Vt autem laudantur reliqua amicitiæ officia, ita maxime admonitiones liberæ, quæ ex animo candido & beneuolo proficiscantur, Vnde ortum est Prouerbium: Amicorum esse admonere mutuum. Vt Nestor inquit apud Homerus Iliad. λ. Bonum esse affatum amici admonitoris. Parentum autem officium est pudore ac liberalitate retinere liberos potius, quam metu. Sed ea liberalitas non debet esse nimis effusa benignitas, quæ plerunq; corrumpitur liberorum indoles. Nam nec committenda sunt illis omnia consilia, nec animi benignitas adeo aperienda est, ut se indulgenter tractari intelligant. Eleganter enim inquit Claudianus, Procliuior usus in peiora datur, Suadetq; licentia luxu, illecebrisq; effrena fauet, &c.

ALIVD CASP. CRVCIG.

Postquam omnes personas produxit & πρότασις propemodum absoluta est, nunc reducit senes, inprimis Cliniæ patrem Menedemum, cui propeconfecto ægritudine propter desiderium filij, Chremes nuncium affert insperatum de illius reditu. Ordiatur autem de officio suo, quod debeat amicum mœstum

ſtum exhilarare, & allegat exemplum ipſorum adoleſcentium. Alterius ſenis exordium eſt πάθος, quo ſignificat ſuam de filio ægritudinem indies augeri. Poſtea ſubijcitur narratio, quæ ut figuretur affectibus conciſe & per partes exponit. Narrationem ſequitur conſultatio ſenum. Nam Menedemus miſere cupit uidere filium, & eum unà cum amica ad ſe recipere, quem antea propter amicam eiecerat. Sed Chremes diſſuadet ei, ne ſe oſtendat filio tam lenem, & uicto animo. Ac primum obiurgat, quod nimis in utranq; partem peccet, ſicut antea duricia & inclementia, Ita nunc indulgentia nimia. Deinde ab exæquatione incommodorum, ratiocinatur, eadem incommoda nunc ſecutura eſſe, quæ ante ſecuta ſint. Quia futurum ſit, cum ipſe non diu poßit tollerare tantos filij ſumptus, & luxum meretricis, ut filius itidem, ſicut antea, profugiat. Amplificat autem incommoda deſcriptione meretricij luxus & deliciarum, quantum ſibi in una cœna abſumpſerit. Verum Menedemo non perſuadet, ut mutet ſententiam. Itaq; dat conſilium, quod proximum ſit, ſiquidem omnino uelit filij cupiditatem explere, ut illud ſic faciat, ne ille intelligat patrem ultro & uolentem omnia ſibi largiri. Hic iterum ex collatione incommodorum argumentatur, Non tantum eſſe damni in dando, quantum ſit in eo, Si filius intelligat patrem indulgentia uinci. Cæterum hæc omnia finguntur, ut poſtea magis appareat Climæ modeſtia, & Chremetis ſtulticia, qui cum alteri pulchre norit conſulere, ipſe

turpiter domi suæ fallatur, ne animaduertat se à suo filio exhauriri sumptibus.

ALIVD M. AMBRO.

ITerum iam senes producuntur propemodum absoluta protasi. Principio igitur Chremes affert nuncium omnino insperatum Menedemo iam quasi confecto ægritudine propter filij desiderium, quem sua iniuria compulerat in militiam. Hoc dum facere instituit Chremes, grauissime disputat de suo officio, quod omnino debeat animum satis mœstum exhilarare, idq; probat exemplo filij sui, qui in adiuuando sodali Clinia nihil prætermittat. Deinde Menedemus conqueritur de sua ægritudine, quæ in dies maior fiat. Sed hic misere conquerenti obuiam fit uicinus Chremes, & narrat breuiter, quomodo filius ex militia domum redierit. Quo lætissimo nuncio audito misere cupit senex uidere filium, nec dubitat una cum filio etiam amicam cum tota familia recipere. Dissuadet autem pluribus Chremes, ne illa eo se ostendat filio tam lenem uicto animo, sinuq; obiurgans, quod sicut ante inclementia, ita nunc nimia indulgentia peccet, unde eadem incommoda sequutura sint, quæ antea quoq; ex inclementia sunt secuta, & in primis hoc dissuadet, ne amicam filij in ædes recipiat, quæ luxu iam sit perdita, cuius mores sumptus nemo quantumuis diues tolerare possit. Subijcit quoq; consilium, ut si omnino uelit filij cupiditatem

ditatem explere, id ita faciat, ne filius intelligat patrem indulgentia uictum esse. Nam hac sola re maxime corrumpet filium. Cæterum omnia illa finguntur dici à Chremete, ut postea magis appareat ipsius stulticia. Nam qui nunc pulchre nouit consulere, idem paulo post in rebus propriis nihil uidebit. Turpiter enim falletur domi non animaduertens se à suo filio penitus exhauriri magnis sumptibus.

ALIVD EIVSDEM.

HActenus de argumento fabulæ, quod in uarias sparsum est personas, dictum est, item de occasionibus turbarum in Epithasi. Nunc senes, qui initio summam argumenti expoſuerunt, iterum producuntur. Porrō quod antea fecit Chremes in consolando & obiurgando uicino, hoc idem nunc quoq; facit in nunciando filij reditu, ostenditq; quod sicut antea peccauit Menedemus nimia duritia, ita nūc quoq; peccet nimia indulgentia, & addit longam enumerationem multorum incommodorum, quæ ex hac re secutura sint. Ad extremum consilium dat, qualem se præbere debeat erga filium in pecunia danda. Hæc omnia de Chremete diligenti monitore, & homine non malo finguntur, ut postea magis intelligatur, quam turpiter interim ipse domi fallatur, cui ob oculos cum filij amica adducitur, tamen non cernit insignia uitia in filio. Ita foris tantum sapit, domi nihil minus.

ALIVD EIVSDEM.

NVnciat Chremes suo uicino tristissimo aduentu filij, quod se facturum supra pollicitus est. Hoc nuncio subito ita exhilaratur pater, ut præ nimio gaudio omnes suas facultates cupiat perdere propter filium. Quare ob eam rem reprehenditur à Chremete, qui incommoda omnia secutura recenset, si talem se ostenderit filio, simul admonens, quid fieri oporteat in danda pecunia. Ita Chremes totus est in admonendo & obiurgando uicino, interim admodum securus de suo filio, cuius insignia uicia non cernit, nec sentit se misere compilari à scorto sumptuoso.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDRAE MIseni in Act. III. Scen. I.

Lucescit, &c.

DIem adimere ægritudinem hominibus) Ouidius: Quod male fers, assuesce ferens, bene multa uetustas, Lenit &c. Seruius Sulpitius lib. 4. Epist. 5. Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis molliat, atq; leniat, & lib. 5. Epist. 16.

Pitissando modo mihi quid uini absumsit) Infra in Adelph. usus est uerbo, sorbillo. Act. 4. Scen. 2. Et cyathos sorbillans paulatim hunc producam diem.

Illos ibi esse) H. e. Hoc agere seu moliri, id struere,

ſtruere, ſicut Scena ſequente ipſe commutauit. Infra Act. 5. Scen. 2. eadem formula uſus eſt. Et ibi nunc ſum, & uſq; dudum id egi. Et infra in Hecyr. Scen. 2. Iſtic ſum, hoc eſt, hoc ago, hoc uolo. Videtur autem formula nata eſſe ex Græca lingua. Nam Plutarchus 1. Conuiual: Quæſt. dixit, πρὸς τοῦτο γενόμενος.

Syrus cum illo veſtro conſuſurrat) Vide ſupra in Andria Act. 4. Scen. 4. Iam ſuſurrari audio.

Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidī meis) Pleonaſmus. Eadem formula uſus eſt Cicero libro 7. Epiſt. 31. de Caninio Refilio.

Ambigunt de finibus) Hoc eſt, Interceßit inter eos finale iurgium.

Ne nos inter nos congruere ſentiant) Hoc eſt, Nobis conuenire. Infra in Phor. Omnes congruunt inter ſe. Supra in Eunuch. Cui tam ſubito tot congruerint commoda. H. e. Qui tam uaria fortuna uno die accummulatus ſum.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. III.

Scena I. Luceſcit, &c.

HVC uſq; dictum eſt de ſumma argumenti, & de occaſione tubarum in tota fabula. Nunc dicendum eſt de Epitaſi. Producuntur ſenes, ut moneant lectorem de toto argumento, & de turbis & conſilijs. Et hic Chremes ſenex producitur, ut ſignifice-

tur, quod foris, non domi sapiat. ἄλλως. Chremes primum adfert nuncium Menedemo de reditu filij. Deinde post longam obiurgationem, quo modo tractare eum in posterum debeat, ostendit. In Menedemo proponitur exemplum patris nimis in utramque partem uehementis. In Chremete monitore exprimitur imago hominis, qui foris quidem sapit, sibi uero ipse non potest prospicere. ἄλλως. Hæc Scena est generis Deliberatiui. Nunciat enim Chremes Menedemo filium suum rediisse incolumem. Deinde consultant senes de sumpto faciendo filij sui & patris detrimento. Continetq; hæc Scena descriptionem ueri amici. ἄλλως. Hæc est collatio senum, quorum alter ex illa priore atq; nimia duritie repente mutatur in nimiam lenitatem. Alter uero alijs consulit & suis in rebus hallucinatur. ἄλλως. Chremes prodit primus, & sic fingitur res quasi pridiana lux decesserit, & iam incipiat lucescere. Lucescit) Lucescit pro lucescit, antique. Bembus. Exordium est à consultatione ex loco communi de debitis ueræ amicitiæ officijs. Lucescit) id est, dies oritur, Der tag bricht an. Fingitur mane surgere. Sicut supra fingit Clitiphonem adolescentem gratulari Cliniæ felicitatem. Ita hic senem seni. Cessō) Obiurgantis seipsum. Pultare) pro pulsare. Archaismus. Vicini) ſ. Menedemi. Sciat) id est, ut ego prius hoc nuncium afferam. Filium) id est, Cliniam, quasi dicat, Vt fiat particeps tanti gaudij. Intelligo) id est, ex sermone filij mei. Nolle) scilicet, Cliniam, ut resciscat pater. Verum)

rum) Disputat de officio boni uicini, Estq; ratio, cur uelit ea dicere. ἄλλως Propositio consultationis. Miserum) scilicet, senem Menedemum, propter abitum filij. Excruciarier) pro excruciari, per paragogen, h.e. curis confici. Eius) id est, filij. Cælem) i. an non dicam. Insperatum) id est, oblatum præter opinionem. Gaudium) scilicet, filium rediisse. Similis locus est in Eunuch. Quid igitur faciam, &c. Est exemplum dubitationis. Illi) s. filio. Indicio) id est, si nunciem aduentum Haud faciam) id est, non tacebo. Subiectio. Nam) suauissima & humanissima ratio ab officio senum. Senem) s. Menedemum propter miseriam. Quod potero) id est, ut potero quantum potero, καθ' ὅσον Græci dicunt. Hic locus plane similis est loco superiori in Scena prima. Ita) αἰτιολογία à sententia. Vt) Eclipsis. Deest, enim Filium) id est, Clitiphonem. Suo) id est, Clitiæ. Aequales. Die fast eines alters sind. Argantur ἀπὸ τῆς ὁμηλικίας. Repetit illam longam Scenam, ubi nunciauit reditum Chremeti Clitipho. Socium) id est, adiuuare strenue. In negocijs) id est, cum res sunt minus secundæ, wenn es von nöthen thut. Nos) Pares cum paribus facile congruunt, iuxta Prouerbium, Quia senes debent erga se inuicem esse officiosi. Socium) id est, ipsius negocia pari diligentia curare. Aequum) ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον. Similitudo est mater amicitiæ, Das wir alten einer dem andern dienen. Aut ego) Menedemus etiam ultro prodit, priusquam pulsat Chremes. Conqueritur autem de ma-

gnitudine doloris, & confert duas inter se sententias. Euripides inquit in Alceste, χρόνῳ μαλάξασε, hoc est, Tempus leniet dolorem. Altera persona inquit, Imo tempus quoq; auget & suscitat dolorem. Sophocles in Aiace, χρόνῳ ἐυμαρὴς θεός, hoc est, Tempus est facilis Deus, uidelicet, quod omnia leniat & molliat. Aut) Sicut supra describit Menedemum seipsum cruciantem, ita & hic pergit, ut recte ab eo acceperit fabula nomen. Profecto) Querela, quæ habet pathos de sua miseria & afflictione. Queritur enim suum dolorem non minui, sed magis augeri singulis diebus. Eodem ferè modo exorditur Deianira apud Sophoclem in Trachinijs. Vide locum. Ingenio) id est, natura. Egregie) .i. præ cæteris omnibus, quasi extra gregem. Querela, in qua Menedemus suam sortem deplorat, & est Dilemma. Q. d. Ex his duobus necesse est alterum tantum esse uerum. Egregie) id est, maxime, sonderlich, præ cæteris. Diem) Q. d. Tempus lenire dolorem, & ægritudinem subinde ferendo cõsenescere, Die zeit verzehret alle ding. Vide Ouid. 4. Tristium. Hoc etiam sæuas paulatim mitigat iras, &c. Diem) id est, tempus. Dies, quando est generis Masculini, tempus significat, non unum diem. Aegritudinem) id est, sollicitudinem, desiderium, tristitiam, curas, dolorem. Augescit) .i. crescit, Ich kans nicht vergessen. Aegritudo) id est, sollicitudo, cura, anxietas. Cupido) proprie paternus affectus. Primus locus est deliberatio & consilium Chremetis. Alter locus est grauis & ueri similis

querela

querela Menedemi. Abest) s. filius. Sed ipsum) id est, Menedemum. Congressus senum, estq; captatio beneuolentiæ ab attentione. Adibo) Repetitio consilij. Vide) quasi dicat, Beneres habet. Quia egreditur. Antea enim constituerat, quod uelit pultare ostium. Alloquar) id est, dicam totam rem, Volo illum admonere de aduentu. Menedeme) suauis salutatio, Nuncium) Generaliter dicit. Te) s. patrem. Maxime) id est, præ cæteris, &welchs dir wolgefallen wird/ Quod in primis tibi communicari cupis. Nunquid) Vbi dolet, ibi manus est. Omnia enim negligit, & tantum interrogat de filio. Nihil minus enim cogitat, quam quod debet certo nunciare de suo filio. Gnato) id est, Climæ. Valet) ὕστερον πρεώτερον, Er ist frisch vnd gesund. Narratio, & est breuis propter affectus. Vbinam) Interrogatio per admirationem, & incipiunt parentis affectus se prodere. Domi) scilicet, est. Meus) s. est in domo tua. Præ admiratione & gaudio non potest inuenire uerba, quibus interrogat. Repetitiones sunt admirantis & stupentis animi. Disputant in hac Scena senes, an utilius sit filios nimis indulgenter, aut duriter habere & educare. Extant elegantißima exempla. Aristides habet duos discipulos, alteri opus erat freno, alteri calcaribus. Hic nihil agebat, nisi coactus. Ille omnia sua sponte. Ita pro diuersitate naturarum & ingeniorum res est moderanda. Moralis & grauis est disputatio, pertinet ad personæ decorum. Sic est) Affirmantis. Venit) Admirantis affectus. Cli-

nia) Addit primum propter affectum. Dixi) Wie ich dir gesagt habe / so ist es. Stomachatur quod toties interroget, & non illi habeat fidem. Dixi) Hoc uerbum in fine additum superiora confirmat. Est enim denunciatio confirmandæ sententiæ. Eamus) Inuitantis uox. Eum) id est, mecum filium uidendum) Non vult) Addit causſas, quare non uelit secum cito adducere secum. Vult) ſ. filius uult hoc clam esſe per aliquot dies. Etiam &) Pleonaſmus est. Fugitat) Vult ſignare maximum metum. Peccatum) ſ. ſuum, quod abierit in militiam. Commendatio uerecundi & modeſti ingenij. Tum) ſ. præterquam quod est in metu. Fugitat) id est, Non audet prodire in tuum conſpectum. Cur fugitas meum conſpectum. Warumb geheſtu mir nicht vnter die augen. Alludit ad locum communem de conſcientia malefactorum, de qua Ouidius 1. Faſt. Conſcia mens, ut cuiq; ſua est, ita concipit intra Pectora, pro facto ſpemq; metumq; ſuo. Antiqua) ſ. qua ſemper uſus es in repræhendendo filio. Obiurgantis est. Adaucta) ſcilicet, hoc tempore. q.d. Ne tu durior & inclementior ſis factus propter eius abitum. Non tu) Incipit oſtendere omnia ſigna, quod plane ſit mutatus in abſentia filij. Ei) ſ. filio. Vt eſſem) i. qualis eſſem, aut quomodo nunc eſſem affectus erga filium. Quamobrem) id est, non indicaſti, aut dixiſti. Quia) Incipit repræhendere iſtam ſubitam mutationem. Conſulis) du thuſt nicht recht / das du dir ſolchs fürnimpſt. Propoſitio cum obiurgatione, non utile eſſe, ut filio nimium in-

dulgeat

dulgeat. Item, non recte de filio & tibi prospicis. Consulis) id est, Hoc modo tibi & filio noces, Du stehest dir vnd ihm vbel für, Vtriq; erit male consultum. Lenis) .i. fractus, freundtlich, Qui facile cedit de sua sententia. Victo) Das er dich kan zwingen/ id est, indulgenti, weich vnd kleinmütig. Ostenderis) s. filio, lest dich mercken. Quia) αἰτιολογία, patres non debere filijs indicare sua ingenia.

Non possum) scilicet, aliter facere, aut, non nisi lenis esse. Medium tenuere beati. Fui) .i. antea. Durus) id est, austerus, uel securus, Raw, qui nihil potest conuenire ad delicta, concedere, aut condonare. Ah) Interiectio obiurgantis, & expositio institutæ reprehensionis. Vehemens) Du thust ihm zu viel. Consilium & parentibus & filijs utilissimum, nempe in educatione mediocritatem esse seruandam. ἄλλως. Consultatio senum, in qua uideas, quantum fallatur Chremes, Estq; hæc Paraseeue turbarum, quæ sequuntur. ἄλλως. Sapientissime disputat de aurea mediocritate & modo, sine quo nequit consistere rectum. Horat. Dum uitant stulti uitia in contraria currunt. Item, in uitium ducit culpæ fuga, si caret arte. Cicero lib. 1 Offic. de Solone. Vtilissimum præceptum in omnibus uitæ actionibus in re priuata & publica administranda, &c. Festo die si quid prodegerens, &c. In utramq;) id est, in duriciam & lenitatem, quasi dicat, Si dixerit filio, quomodo erga illum affectus sit. Largitate) id est, profusione, indulgentia, licentia, liberalitate. A secuturo periculo.

Parsimo-

Parsimonia) .i. duritia, inclementia, tenacitate, Du bist gar zu genaw/du wilt jhn zu hart halten. In eandem fraudem) id est, in idem crimen. Ex hac re) id est, indulgentia, largitate. Illa) .i. parsimonia. Atque) id est, sicut. Fraus, nachtheil. Incides) Das eine wird dir gleich so schedlich sein / alß das ander. Primum) Narratio qua probat uel exponit alteram partem propositionis, scilicet, parsimoniam. Primum) scilicet, ante discessum filij. Expolitio Rhetorica. Explicat enim hoc de parsimonia. Olim) ἑρμηνεῖα, expositio superiorum per exempla, & sequens ratio est ab errore. Paterere) id est, illum filium. Commeare) id est, oblectandi gratia abire & redire, das er hin vnd her wider zu jhr gienge/wenn es jhm gefiele. Quæ) id est, muliercula. Contenta) id est, quæ erat pudica & bona. Miro consilio etiam senex prædicat modestiam Antiphilæ, quam iam mutatam falso suspicatur, cum simulent Bacchidem eam esse. Tum) scilicet antequam abierit filius. Paululo) id est, minimo sumpto. Cui) id est, mulierculæ. Omnia) id est, dona Cliniæ. Proterruisti) id est, tua duritia coegisti migrare, minis fecisti, ut profugeret. Commeare significat auß vnd eingehen. Ea) scilicet, quæ talis antea fuit amica filij tui. Coacte) id est, tua duricia. Admodum aggrauat delictum. Ingratis) inuita, uel, contra uoluntatem tuam. Post ille) pro, postquam. Aduerbium est, ingratis, quo supra in Eunuch. usus est, usq; ingratis ut dormiam. Alij legunt, ingratijs, quo Plautus usus est in prolo. Asi. Caue meis ne ingratijs

tijs, pro, me inuito atq; nolente, uel iniussu meo. Idem in Mercatore, Tuam amicam tuis ingratijs, inquit. Cœpit) Gabe sich in das gemein leben. Quærere) Vsus est honestis uocabulis de re turpi, hoc est, cœpit exercere artes meretriceas. Vulgo) id est, secundum uulgi consuetudinem. Post illa). i. postea. Antiquum est.

Nunc) Alterum membrum de nimia largitate. Haberi) id est, illa. Detrimento) id est, incommodo, Dieweil sie nicht kan ohne grossen schaden gehalten werden. Quiduis) id est, omnia, quæ postulantur. Nunc) scilicet, post reditum filij. Dare) s. puellæ, quæ uulgo cœpit uictum quærere. Nam) Amplificatio uel descriptio deliciarum meretricis. ἔκφωσις. Descriptio morum Bacchidis cum enumeratione periculorum & incommodorum. ἔκφωσις. Amplificat illos mores pessimos in Antiphila, quam putat esse Bacchidem. Scias) scilicet, ut dicam aliquid certi de amica. Ea) id est, amica filij. Intertrimento) id est, damno. Instructa) id est, bene dicta, parata, Sie ist wol geschickt. Ad perniciem) id est, ad expillandum filium & teipsum, Sie kan wol schlemmen. Primum) Addit, quod sit luxu perdita, & auget circumstantijs. Erat autem Chremes, cum putat Bacchidem esse amicam Cliniæ. Satrapes uox persica est. Significat autem præfectum prouinciæ, Ein Heuptman σατράπης εἰς ἀξιώματος. Amator) id est, huius puellæ. Queat) id est, quantumuis diues & potens. Eius) id est, meretricis. Sufferre) infra in Heautontimorumeno dixit sumptus pati. Nedum) id est, multo minus.

tum. Tu) id est, sufferre, qui es priuatus homo. Nedum hoc loco ponitur negatiue, ut, Non crederem tibi obulum, Nedum pro te effunderem sanguinem. Sustferre) id est, tollerare. Nedum) Ich geschweige denn. Ea) id est, Antiphila amica Cliniæ. Intus) id est, apud te. Estne) id est, nihil mouetur ista concione. Sit) Vox reprehendentis Menedemum. Sensi) Ich bin es mit meinem schaden innen worden. Hypotiposis sumptuosæ mulieris. Fit autem nescio, ut magis in alijs cernamus, quam in nobismetipsis, si quid delinquitur. Foris sapimus, non domi. Mira prudentia hic fingit Chremetem monitorem, ut qui in illis omnibus peccet, quæ in Menedemo corrigit. Sumptus enim tanti fiunt non in usum, aut gratiam Antiphilæ, sed Bacchidis, quam falso putat amicam Cliniæ esse. Quæres dabit occasionem turbarum, ubi stultus senex intelliget se falsum. Atq; hic est principalis huius fabulæ locus. Dedi) Ab acceptis incommodis unius noctis. Sensi) ſ. in meo marsupio. Est uox dolentis. Ei) id est, amicæ filij tui. Comitibus) id est, ancillis. Danda) id est, cœnâ. Actum sciet) id est, esset desperatum de tota re familiari, seu, perijssem, Es wer mit mir auß. Actum) ſ. de meis opibus.

Nam) quasi dicat, Nihil dicam de alijs sumptibus. Alia) id est, incommoda, quæ mihi acciderunt. Quid) scilicet, quantum. Absumsit) ſ. inutiliter. Pitissando) id est, leuiter gustando. Pitissare enim est compreßis labris gustare saporem uini, aut alterius potus. Factum est autem à Græco πίσσω, id est, bibo, unde

unde etiã est πῖθι. ἢ ἄπιθι, Aut bibe, aut abi. Quid) scilicet, fuisset futurum bibendo. Dicens) id est, amica filij tui, Zeiget mit dem finger drauff. Sic hoc) Mimesis. Asperum) id est, austerum, gar zu grob, scharpff/herb/raw. Hoc) scilicet, unum. Aliud) id est, unum promas. Lenius) einen mildern zwein. Sodes) id est, si audis. Est uox blandientis, sicut amabo. Vide) Subijcit miserias, quas expertus est. Releui) id est, aperui. Est præteritum à Verbo Relino. anzepffen. Oblinere heist zuspünden. Dolia) grosse fesser. Seriæ) feßlein, wie bey vns Thonnen oder Lägeln sind. Fuit autem fictile uas, superne angustum, inferne amplum. Vsus est hac uoce Liuius in 4. & 3. Decade. Omnes) id est, omnes erant districti uarijs ministerijs, omnes erant occupati in ea re, Ich habe jhnen allen zuschaffen gegeben/Sie hatten alle gnugsam zu schicken vnd zu schaffen/id est, uarijs officijs & ministerijs distractos. Habui) id est, exercui. Vna) scilicet, tantum fuit. A futuris incommodis magnis. Te futurum) scilicet de te, qui non es tam diues. Facio cum Ablatiuo. Assidue) id est, continuo. Exedent) id est, omnia consument, quæ sunt in domo tua, Sie werden dich gar außfressen. Nihil reliqui relinquent. Ira) πάθος, quod doleat uicem uicini, estq; conclusio continens dehortationem, ne se tenem erga filium præbeat. Miseritum) Senilis affectus pro decoro additur, Es gehet mir zuhertzen. Faciat) Sunt uoces patris leniſsimi. Miseritum est) s. propter tantos sumptus faciendos. Sumat) id est,

in me-

in meis ædibus. Permittentis πάθος. Consumat) *id est, cum filio.* Perdat) *id est, mutiliter.* Decretum) *id est, statutum & conclusum est.* Pati) *id est, omnia illa.* Illum) *scilicet, filium meum.* Si certum) *Dissuadendo ubi effecit, ideo affert aliud consilium, Ego omnino cupio, ut ostendas erga filium, quemadmodum decet patrem. Quia illa tua indulgentia patefacies fenestram ad nequitiam omnis generis.* Hic locus autem est referendus ad locum obedientiæ & disciplinæ. Facere) *id est, omnia permittere filio, quæ uult.* Certum) *id est, Si ita est constitutum omnia indulgere filio.* Permagni) *id est, multum interesse, ualde magni. Per enim in compositione significat ualde,* Referre) *id est, utile esse.* Vt) Propositio consilij. Nescientem) *id est, permittere ista omnia.* Nescientem) *id est, per fallacias.*

Quid faciam) *Omnino concluſit, quod uelit omnia permittere filio, q. d.* Was ſoll ich denn anders thun. Quid vis) *id est, hoc facias.* Repetitio propositionis consilij cum leni reprehensione. Hoc) *scilicet, quod nunc cogitas facere.* Quemuis) *ſ. Modo non intelligat te scientem dare.* Cogitas) *scilicet, quod uelis esse indulgentissimus.* Technis) *id est, dolis & fraude.* Seruulum) *id est,* Dromonem. *In malam partem significat callida consilia.* τεχνίτης *significat artificem,* τέχνη *uero artem, & metaphoricè fraudem.* Etsi) A facili. Subsensi) *id est, aliquantulum sensi.* Id) *scilicet, ut fallant te.* Illos) *id est, seruulos. Non uidet bonus senex sibi fieri insidias.* Ibi esse) *id est, id*

agere,

agere, hoc iam conari, in eo esse occupatos, Das sie das schon im sinn haben / das sie darmit vmbgehen. Agere) Das sie rathschlagen. Elegans latinæ linguæ formula loquendi est, qua bis usus est Poeta Terentius in hac fabula. Significat autem operam ponere in aliqua re, eo conniti, & sicut ipse Poeta explicat, Hoc agere, quod institueris. Et nisi ualde fallor, Græcismum esse puto. Nam Plutarchus in 1. conuiuali Quæstione non dissimili orationis figura usus est, πρὸς τοῦτο γενόμενος τρία μὲν εἴδησοι πέπυμφα τῶν βιβλίων, Si uerbum uerbo reddas, Sic sonat, In hoc existens ego, tria specimina tibi misi librorum H. e. Cum in id incumberem ego, Ad hoc adiecto animo, So ich das für hette. Iudicium esto aliorum. Fœdissime labuntur commentarij & illi omnes, qui commentarios in hoc loco explicando sequuntur, dum interpretantur, Illos ibi esse, scilicet, in mea domo, cum infra etiam hac ipsa formula usus sit Poeta, Imo & ibi nunc sum & usque dudum id egi. In quo loco caue sit legas pro, ibi, tibi, id quod quidam faciunt, dum modum loquendi non intelligunt, id quod etiam fecit Guido, Iuuenalis, & bonus ille Ascensius, qui in Terentium commentati sunt. Lucianus in Dialogo Veneris & Cupidinis dicit, καιόλως πρὸς τοῦ τοιοῦτος ἐστιν. Plautus in milite glorioso, At diligenter hic eram. Syrus) τεκμήρια, quibus confirmat propositionem. Syrus) id est, seruus meus. Vestro) scilicet, Dromone, qui est tardiusculus. Consusurrare) Die köpffe zusammen stossen, Submissa

uoce loqui. Adoleſcentes) .i. Clitipho & Cliniæ, ſie rathſchlagen. Perdere) collatio incommodorum. Hoc pacto) id eſt, Ne ſentiat ſcientem dare. Satius) id eſt, utilius & commodius. Talentum) id eſt, ſexcenta coronatos, hoc eſt, magnam ſummam pecuniæ, Ein groſſe ſumma geldes, finitum pro infinito. Ratio conſilij, quare diſſimulanda ſit indulgentia. Illo) id eſt, alio modo, ut ſciat te facere ſcientem, uel, modo, ut iam indulgens eſſes, uel, illa liberalitate. Minam) h. e. decem coronatos, ſeu libram argenti, q. d. exiguam pecuniam.

Non nunc) Ratio conſilij, quare hoc ſuadeat, & eſt ſumpta à collatione incommodorum, non agitur de pecunia, ſed de ſalute filij tui. Pecunia) ſcilicet, de pecunia. Q. d. Non eſt nunc ſpectandum lucrum pecuniæ. Id) id eſt, argentum. Parentes debent dare pecuniam non tanquam ſcientes, ſed tanquam neſcientes. Agitur) Es iſt nicht vmb das geld zuthun. Sumat rationem à cogitatione uicini. Illud) id eſt, agitur potius. Id) id eſt, illam pecuniam. Adoleſcentulo) ſcilicet, Cliniæ. Periculo) Das dir vnd deinem Sohne kein gefahr darbey ſey. Nam) Ratio collationis. Animum) id eſt, uoluntatem benignam & beneuolam. Q. d. Quomodo es affectus erga filium, ſi ſenſerit te eſſe indulgentem. Prodere vitam & omnem pecuniam) Das leben/ gelt vnd Gut in die ſchantze ſchlagen. Proditurum) id eſt perditurum. Amittas) pro, dimittas, ſcilicet, ſi oſtenderis te eſſe ſubiectum filio. Hui) Interiectio eſt admiranti

imirantis & obiurgantis. Feneſtram) id eſt, quantam occaſionem dederis ad mala perpetranda, uel, anſam illi præbebis ad nequitiam, dabis occaſionem peccandi. Eſt prouerbialis Metaphora pro ea, quæ eſt alibi occaſionem & cauſam præbere ad peccandum. Nequitiam) id eſt, ad omnis generis uitia, ad effuſum luxum. Tibi) ſcilicet, efficies, uel, incommodaueris. Secundum periculum. Tibi) ſcilicet, hoc incommodi, accidet. Viuere) ſcilicet, propter talem filium. Nam) Generalis ſententia, ſeu γνώμη, quæ exponit rationem conſilij. Licentia) id eſt, illa impunita facultate quiduis agendi. Ergo omnes ſumus meliores obœdientia. Sumus) id eſt, natura. Licentia opponitur obœdientiæ. Vox, Licentia, ſemper in malam partem accipitur. Vide Prouerbium, Vbi timor, ibi & pudor. Colligit multa mala uentura ſimul ex indulgenti & uicto ſenis animo. Quodcunque) Expolitio Rhetorica. Volet) ſcilicet, ſine aliqua excuſatione. Audacia enim parit impudentiam. Inciderit) ſcilicet, poſtea, ubi ſemel ſenſerit. Id) id eſt, quod petit. Putabit) id eſt, cogitabit. In Aulularia Plauti, Recta cogitabis uia. Rectum) id eſt, licitum, an illicitum. Peti) ſcilicet, ad extremũ. Rem) id eſt, totam ſubſtantiam. Ipſum) id eſt, filium perire luxu. Dare) ſcilicet filio. Illum) ſcilicet amicum. δεικτικῶς. Quo) ſcilicet, amico. Valere) id eſt, poſſe multum apud te efficere, Der dich darff anreden, der dir die meinung darff ſagen. Minabitur) id eſt, per illum uicinum abitionem. Ilico) ſ. niſi omnia dederis.

Videre) id est, videris mihi. Est assentientis. Audiuit enim bona argumenta. Verum) Du sagest die lautere warheit. Ita vt) id est, sicuti. Ipso Poeta placet sibi in consilij inuentione. Recte enim, honeste, & utiliter monuit Chremes, sed sibi inepte & stulte. Somnum) Ich habe die Nacht keen auge zugethan. Est pathos, quo studium & sollicitudinem suam exponit. Q. d. Sic cogitaui de tua sententia. Est formula gratificandi. Addit autem vide, volens signare illam humanitatem, qua præditus est. Id) scilicet, consilium. Quaro) id est, cogito & mano uerso. Restituerim) scilicet, filium. Qui) id est, ut, uel quomodo. Cedo) id est, da, porrige. Agit illi gratias. Porro) id est, in posterum, weiter. Facias) scilicet, ut uideam filium. Paratus) id est, ut tibi inseruiam. Idem) id est, ut eandem beneuolentiam mihi exhibeas. Scin') scilicet, scis ne. Hæc loquitur ex impotentia sui affectus. Paratus) Pollicitatio admodum liberalis. Sensisti) Descriptio indulgentis patris redit. Illos) id est, seruos. Maturent) id est, properent, festinent. Facere) id est, cupio te facere) me fallant. Cupio) Affectus patris. Illi) scilicet, filio. Operam) pollicetur & signat, quod nihil sit facilius factu. Prehendendus) id est, capiendus. Verbum sumptum est à gesta. Inde frequentatiuum prensare. Q. d. Est per occasionem conueniendus, atque ab illo aliquid petendum. Liuius, Sic prehensabant populos. Sumptum est ab hoc, quod demulcebantur placide ab illis, à quibus aliquid petebatur.

tur. Q. d. Ego Syri operâ utar. Syrus) De persona admodum idonea.

Ame) id est, ex meis ædibus. Nomen personæ pro rei nomine, Paraſceue ad ſequentia. Sentiant) id est, ſerui. Congruere) id est, nos conuenire, das ſie nicht mercken/ das wir dauon rathſchlagen. Obnat) Ich habe ein wenig zu thun oder zuſchaffen. Est mihi aliquid experiendum. Ambigunt) id est, dubitant, litigant, certant, altercantur, habent controuerſiam, ſind vneins. De finibus) ſcilicet, agrorum, Malſteinen. Q. d. Interceſsit inter eos finale iurgium. Arbitrum) id est, iudicem, einen zum Richter nemen/ vnd jhm die ſache heimſtellen. Arbiter, Ein Vnterhendler. Infra in Adelph. Cedo quemuis arbitrum. Plaut. in Trucu. Tecum bellator arbitrum æquum cœperim. Dicam) ſcilicet, uicinis. Dare alicui operam, Einem dienen. Dixeram) id est, pollicitus eram. Vt) ſ. quemadmodum. Quæſo) ſcilicet, ut facias. Dij) Locus communis, quem non temere immiſcet Poeta. Nam eo ſunt omnia referenda, quæ ille alter ſenex conſulit. Breui futurum est, ut ipſe monitore opus habeat. Sic hæc pars est turbarum, quæ ſequentur, Paraſceue. Ita ſubinde ſe prodit Poeta, quorſum eat, &c. ἄλλως. Hic uidendum est, quo animo acceperit iſtam obiurgationem. Homines autem in ſuis rebus ſunt cæciores talpa, in alienis oculatiores. Ideo reprehenditur Chremes, quod tam ſecurus ſit de ſuo filio. ἄλλως. Epiphonema, ſeu locus communis, quod omnes ſic ſumus comparati, ut magis in

gis in alijs cernamus, quam in nobiſmetipſis, ſi quid de inquitur. Huc pertinet Aeſopi apologus de duabus manicis, ad quem alluſit Catullus, Sed non uidemus manticæ, quod in tergo eſt. Seneca, Aliena uitia in oculis habemus, à tergo noſtra ſunt. Illud autem Epiphonema ſumptum eſt ex loco communi, in quem præcipua pars huius fabulæ, uelut ad ſcopum ſpectat. Sua id eſt, propria negocia. An eo fit) id eſt, an illa eſt cauſſa. Re noſtra) id eſt, in proprio negocio. Gaudio) id eſt, affectu aliquo. Aegritudine) id eſt, dolore triſtitia, quaſi dicat, Affectus impediunt iudicium in rebus proprijs. Præpediti) Verhindert. Egregius eſt locus, animos humanos non poſſe ſibi temperare in rebus ſecundis, quin inſoleſcant, Aduerſis autem deſperent. Virg. Et ſeruare, &c. Exemplo ſint adoleſcentes ubiq; in Comœdijs. Cicero poſt obitum filiæ, &c. Supra, Facile omnes cur ualemus ægrotis recta conſilia damus. Infra de cogitatis malis. Vlyſſes & Aiax furens. Ex media Philoſophia petitus eſt hic locus. Hic) ſcilicet, Chremes. Mihi) id eſt, in meum commodum. Diſſolui) id eſt, expediui me. Iam redit Chremes.

ARGVMENTVM IOHANNIS STIG. IN ACT. III. SCEN. II.

Hac illac, &c.

QVod in ſuperiori Scena Menedemus ex loco communi ad ſpectatores dixit, Hominum naturam

turam omnium comparatam esse, &c. Id uidetur ad Chremetis personam proprie pertinere, quod, dum nusquam non sapit in negocio amici, in ijs, quæ ad se pertinent, egregie fallatur à Syro. Describit autem Syro rationem, qua decipiat Menedemum, & pecuniam ab eo auferat. Sed Syrus ingenio callidus ac uersutus hanc fallaciam intendit in ipsum Chremetem. Ita fidem hic inuenit, quod uulgo dicitur, Malum consilium consultori pessimum.

ALIVD D. CASPARIS CRVCIGERI.

SVpra institutum est consilium de fallendo Chremete & argento curando Bacchidi. Eius rei in hac Scena occasio effertur seruulo, cum Chremes ipsum ultro hortatur, ut alteri seni Menedemo fallacias struat, & hic latius aperitur Chremetis stultitia, dum uideri uult sapiens & cautus in dando consilio, non intelligens seipsum peti & circumueniri à seruo.

ALIVD M. AMBRO.

COnsilium Chremetis de danda pecunia filio per alium probauit tandem Menedemus. Vt autem sine mora ad finem perducatur, Chremes hic sollicite agit cum Syro, ut is in tali re bene exercitatus diligenter secum cogitet, quomodo per fallacias magnam summam pecuniæ à Menedemo auferat, qui

durus ac parcus existens pater, nihil sua sponte uult largiri filio. Ad hanc rem ut magis excitet seruum, qui fingit astutissime se hoc non libenter facere, cum parum honestum sit heros fallere, uituperat Dromonem, quod is ignauus nihil cogitauerit, quomodo misero adolescenti subueniret. Hæc & multa alia Menedemi nomine Chremes disputat omnino securus de proprio malo, in quo paulo post incidet. Nam Syri fallacia tota, quam existimat Menedemo intendi, in ipsum Chremetem tendetur.

ALIVD EIVSDEM.

PErgit Chremes diligenter facere, quod uicino pollicitus erat, qui cum inter eundem obuiam habet Syrum admodum sollicitum de inueniendo argento, eum strenue adhortatur, ut in fallendo Menedemo omnes uires suas experiatur, idq; ut facere maturet, serio præcipit, ut de suo illo consilio, quod antea dedit uicino, omnia agantur. Est autem admodum faceta serui responsio, in qua offert primum omnem suam operam. Deinde postulat sibi ueniam dari, si quid olim tale quiddam erga suum herum inceperit, significans occulte admodum opus esse Chremeti, ut etiam domi suæ saperet, non tantum foris.

ALIVD EIVSDEM.

ADmodum sollicitus est Chremes pro uicino, cuius uicem dolet, quod est factus pater indulgentiss-

gentißimus. Cogitat itaque, ne Clinia ſentiat patrem ſcientem dare pecuniam, ad quam rem iudicat Syrum eſſe ualde idoneum. Proinde cum illo ipſo ſtudioſe ac ſerio agit, ne fallat Menedemum, & auferat, quantum opus eſt, argentum filio & amicæ ad ſumptus. Reſponſio ſerui eſt ualde facета, qua uerbis inſidioſis & nimis obſcuris ſignificat ſe intendere quidē fallaciam in Menedemum, ſed futurum in breui, ut Chremes, qui nunc captus eſt oculis, intelligat ſuo magno malo ſe ſolum eſſe petitum & fallſum.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIſeni in Act. III. Scen. II. Hac illac, &c.

INtendere fallaciam) hoc eſt, fingere fallaciam uel fingere fabricam, pro, ſtruere, moliri, macchinari, quaſi dicat, Man muß dem alten einen boſſen reiſſen/oder/ man muß jhn betriegen.

Vt ſunt humana) Locus communis de inconſtantia rerum humanarum. Ouid. Et certam præſens uix habet hora fidem.

Nunc iſtuc age) hoc eſt, fallas ſenem, ſcilicet, Menedemum.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. III. Scen. II. Hac illac, &c.

HAEC Scena est generis Suasorij. Chremes enim adhortatur seruulum, ut technam aliquam in Menedemum intendat. Verum Chremes cum seruulum instigat, ut alteri fallaciam intendat, imprudens occasionem & modum introducit, quod ipse fallitur. Exordium est ex abrupto. Loquitur enim Syrus ipse hæc uerba inter eundum cohortans scipsum ad struendas insidias seni. Hæc) Anxietas & sollicitudo seruilis pro illa pecunia extorquenda. Quia intelligis Chremetem esse ad rem attentum. Circumcurroso) id est, admodum sum anxius, uel, ualde laboro. Ich muß dem Clitiphoni gelt zu wegen bringen. Tamen) scilicet, etiamsi hoc sæpe tentem. Argentum) id est, Clitiphoni, quod Bacchidi det. Inueniendum) Participia in dus, da, dum, quæ significant necessitatem construuntur cum uerbo substantiuo absolute, ut, Inueniendum est argentum, &c. Intendenda) id est, exercenda, beweisen, struenda. Verbum est translatum uel à uenatoribus uel à sagittis, atque arcu. In senem) Dicit enim magno stomacho, unde uelit petere argentum. Nunc me) quasi dicat. Nonne prædixi. Hab ich es nicht zuuor gesagt. Pulchre pingitur Chremes, quod sit plane oculis captus, & seruus lætus ista secum loquitur, & disputat, quod sit ueluti augur. Hosce) id est, Seruulum & Clinian, uel, seruos, uel, ut quidam intelligunt, senes. Id) id est, ut fallant senem. Struere) id est, illos ibi esse, consilium capere, machinari, das sie das fürhaben, vnd darmit vmbgehen. Metaphoricum est. q.d. Quod ue-

lint

sint fallere Menedemum. Fefellit) id est, nesciui. Videlicet) id est, certe. Iam laudat austutiam serui. Vult indicare Poeta ridiculo isto errore, quam sæpe fallant nos nostra consilia, dum senex, qui sibi egregie uidebatur sapere, putat fallendum esse Menedemum, non intelligens sibi insidias fieri. Seruus) scilicet, Dromo. Tardiusculus) faul/ langsam/ vnd schlefferig, minus industrius & astutus. Hunc) scilicet, Syrum. Idcirco) Quia Dromo est ineptus ad hanc rem. Prouincia) id est, Munus quærendæ pecuniæ est ei mandatum, Commissum est ei hoc negocium. Es ist ihm befohlen worden. Tradere prouinciam enim significat metaphorice, mandere aliquid cuipiam. Prouincia) id est, officium fallendi Menedemum, uel, negocium fallendi Menedemum: Metaphora sumpta est, à consuetudine Romanorum apud quos, qui Magistratum gerebant, alij alias prouincias sortiebantur. Quis) Plane fingitur sui similis. Loquitur) &wer ist/ der so schreyet. Sunt uerba quasi trepidantis. Perij) Interiectio trementis. Audiuit) scilicet, quæ dixi de inueniendo argento. Syre) uocantis est. Nam) Respicientis. Istic) s. facis.

Recte) scilicet, est, quasi dicat, Bene mihi adhuc succedit, Es stehet noch wol mit mir zu. Deflectit alio. Recte) id est, nihil. Supra, Tum quod eidem, recte est. Vox, Nihil ueteribus religiosa fuit. Quia non temere hac uoce usi sunt. Demiror) id est, uale de miror. Captat occasionem colloquendi sumens initium orationis, ne à sene præhëdatur. Tum mane)

id est,

id est, prodire, surgere, surrexisse. Biberis) der du so viel gezecht hast. Nunis) id est, bibi. Quia antea conquestus est, Releui omnia uasa. Narras) id est, negas te bibisse. Pergit in blanditijs. Visa) scilicet, in tua persona. Addit excusationem, Es ist kein wunder / alte leute müssen sich humectiren. Prouerbium est de senibus bibulis, qui senectutem suam tantum sustentant bibendo. Aquilæ enim, quando sunt senes, tum superiore rostro omnino torto nihil possunt commedere. Syrus autem istis uerbis adulatur hero, quod pridie strenue bibisset in conuiuio, ut auocet eũ à prima interrogatione. Vide prouerb. Aquilæ senecta & Plinium lib. 10. dena. histo. cap. 3. Eia) Est uox monentis, ut taceat, Lieber halte das maul. Mulier) Iam feliciter cœpit deflectere quæstionem. Commendat illam mulierem, quod sit commoda & faceta, & pertinet ad id, quod instituit seruus. Diligenter & magno quodam ingenio sunt hæc excogitata. Mulier) Alium sermonem arripit de meretrice, quo sibi aditum faciat ad dolum. Commoda) id est, tractabilis, qua potest accivere & dare sermones, Die mit den leuten kan vmbgehen, quæ potest se accommodare moribus & studijs hominum. Potest autem ista arte impetrare quiduis apud amicum. Faceta) id est, urbana, quæ quiduis potest impetrare ab amatoribus, Sie kan gute wort geben / ist schimpfflich ffrig. Meretrix) scilicet, Bacchis. Equidem) Non admodum reluctatur. Commoda) Mit der zwoll vmbzukomen ist. Luculenta) id est, honesta, clara,

bona

bona, pulchra forma Bacchis est prædita præ cæteris aliis. Vult hisce uerbis incendere senem.

Sic satis) Tenuitur & mediocriter approbantis est, quasi dicat, Non uolo disputare de forma, Es gehet wol hin. Concedentis est cum aliqua tamen conditione. Ita) id est, tali forma est prædita. Addit amplificatiunculam. Olim) scilicet, cum esset adolescentula q.d. Si esset adolescentula, non posset commendari magis propter formam, quam nunc est. Nunc) id est, est ratione amorum. Minime) Omnia dicit simulato animo. Hanc) scilicet, quæ est tam luculenta forma. Deperit) id est, perdite, & misere amat. Sed) Tertium addit & obiurgat patrem, & totam culpam in eum transfert. Auidum) Geitzigen, attentum ad rem, parcum, tenacem, à quo potest impetrari. Habet) scilicet, Clinia. Patrem) Es ist ein wunderlicher Man. Auidum) scilicet, in acquirendo uictum. Miserum) scilicet, in utendo, der nicht ein guten bissen darff essen/ der jhm selbs nichts gutes thut/ sordidum. Aridum) i. illiberalem, parcum & sordidum, auarum. Proprium est Epitheton senum, indeq; sumptum, quod ex arido lapide nulla humiditas potest extorqueri. Vide Prouerb. Pumice aridior. q. d. Es kan seiner niemand geniessen. Plautus in Aulu. Pumex non æque aridus, atq; hic est senex. Metaphora est tracta à terra, quæ fert frugem. Periphrasis auari hominis. Vicinum) scilicet, Menedemum. Atque) quasi dicat, quasi is, ceu, perinde. Alij legunt, At quasi. Profugit) i. militatum in Asiam. Profugit) s.

sie

sic eiecit filium, quasi pauperem. Eius) id est, uicini. Scin') Vultu omnia profert, & astutissime rogat. Factum) Das es so gangen sey. Vt) scilicet, quemadmodum. Is) scilicet, Menedemus. Nesciam) Affirmantis est, Soll ichs nicht wissen / hoc esse factum, uel, talem esse uicinum. Hominum) Affectus omnes fere solent efferri absolute per infinitiuos siue accusatiuos, &c. Secum autem ista loquitur, & transfert senex culpam in Dromonem seruum. Pistrino) Imprecatio, Es ist des Knechts schuld. Pistrinum nomen habet à pinsendo, vom Backen, Denn Becker vnd Müller sind vorzeiten ein ding gewesen. Quem) scilicet, dicis esse dignum pistrino, &wem gilts das. Seruum) scilicet, Cliniæ, Dromonem. Syre) Exultantis, estq; mutatio personæ, & hic secum loquitur. Tibi) Nomen personæ pro nomine rei.) Timui) Aduersus loquitur. Conscius ipse sibi de se putat omnia dici. Male) id est, ualde. Passus) id est, seruus Dromo. Id fieri) id est, ut herilis filius fugeret militatum. Allegat rationem. Quid faceret) &wie soll er der sachen geholffen haben. Reperiret) Potentialis modus, pro eo, quod dicimus, deberet reperire, & excogitare. Fingeret) Sine Metaphora dicit, quod supra cum Metaphora, Intendenda fallacia, & infra, fingit, fabricam. Fingeret) scilicet, erga Menedemum. Iam aperit suo seruo fenestram ad nequitiam. Vnde) id est, ex quibus fallacijs haberet adolescens. Amicæ) id est, Bacchidi. Difficilem) Vnwillig / Eygensinnig, morosum importunum. Inuitum) s. contra suam uoluntatem.

luntatem. Seruaret) id est, Dromo suis fallacijs. Seruaret) ie est, obseruaret Menedemum Garris) id est, nugas dicis, inepte loqueris. Metaphora sumpta est ab auibus. Inuitum) id est, repugnantem. ἢ δὲ κακὴ βουλὴ τοῦ βουλεύσαντι κακίστη. Nam recidit in senis caput, quod consulit perperam seruo contra alterum senem. Est igitur hic locus Parasceue, & aditus quidam ad fallacias, quibus falletur senex. Nam quod hic gloriatur Syrus se dolis instructum, idem egregie præstabit infra. Ad delectandum pertinet hic locus. Syre) Affirmat serio. Hæc) scilicet, ut fingeret fallacias. Eho) Admirantis & interrogantis. Laudas) scilicet, seruos. Fallunt) Die vngetrew sind. Laudo) id est, seruos illos, magnifacio tales, Ich halte viel von ihnen. In loco) s. oportune fallentes, si fiat tempestiue, pro re & oportunitate. In loco) id est, cum fallunt suos heros in tempore, zu seiner zeit. In loco aliquem fallere caret reprehensione.

Recte) Es gefelt mir wol. Es ist ein gute meinung. Concedentis est. Id) id est, falli in loco heros per seruum. Ratio à maiori & utili. Aegritudinem) id est, magnarum turbarum, & miseriarum. Iam) scilicet, Si hoc feciſſet & fefelliſſet suum herum. Huic) scilicet, Menedemo. Minor est. Loco) Aduersus & secum loquitur Syrus, & omnino hoc placet, quod iam haberet talem Dominum. Illæc) pro, illa. Serio) Ob es sein ernst sey. Nisi) id est, confirmat meam sententiam. Addere animum, ein hertz machen. Nisi) pro, sed.

sed. Addit) id est, suis uerbis. Liberat) scilicet, fallere herum, aut facere, quod instituit tentare. Locus communis est, quod homines alioqui mali, si instigentur etiam ad scelera ostensa spe importunitatis, quiduis perpetrare non dubitant. Atnunc) Oblique exponit consilium ne seruulus deprehendat senes inter se congruere. ἄλλως. Iterum repetit reprehensionem Dromonis. Expectat) scilicet Dromo. q. d. Vult incipere. An) scilicet, hoc expectat. Dum) scilicet quoad. Abeat) scilicet, Clinia à patre. Huius) id est, amicæ Bacchidis. Queat) scilicet, pater, uel, Clinia. Tolerare) scilicet, sufferre. Fingit) s. Dromo, num parat aliquid mentiēdo, ad senem oppugnandum. Fabricam) id est, fallaciam, dolum, commentum. Fingit senem esse murum. Sumpta est Metaphora ab oppugnatione urbiū, ubi præparantur fabricæ. Hoc est, instrumenta bellica. Stolidus) .i. stupidus. Vno uerbo dicit, quod potui dici. q. d. Nihil potest excogitare magis stultum. Ne mica satis est in seruo, Er ist ein fantast. At) Pedetentim accedit ad hoc, quod instituit. Adolescentuli) scilicet, Cliniæ. Illum) s. stolidum. Facile) Offert suam operam ultro. Etenim) Tot fures, quot serui. Facere) s. ut adiutem Dromonem. Si) scilicet, modo. Etenim) Breuiter gloriatur. Calleo) id est, in promptu habeo, optime noui, probe teneo, Ich weiß es sehr wol. Infra in Adelph. Ego illius sensum pulchre calleo. Callus uel callum, Ein schwiele. Inde est uerbum, calleo, quod per Metaphoram significat aliquam rem crebro usu, labo-

re Cr

re & exercitatione comparatam optime & perfecte tenere. Fieri) id est, ut fallatur senex. Q. d. Ego sum artifex istius rei. Melior) scilicet, es, quam Dromo, Ich halte mher von dir. Meum) id est, Ego bona fide promitto, quod promitto. Simulare egregie potest, Magno uultu dicit, Ego mentiendo non fallo heros, ego uera dico, ego non mentior. Ich bin des wol durchgangen.

Fac) id est, tenta, Est instigantis. Admonet enim illum suarum rerum. At heus) Monentis est. Callida autem præmonitio serui est, qua excudit futuram obiurgationem uel pœnam. Eadem) scilicet, quæ mihi committis. Tollit illis facetijs obiurgandi occasionem. Vultq; signare esse in foribus. Humana) scilicet, ut potest cadere eiusmodi humanum peccatum in tuum quoq; filium. Noema, Wie es in der welt zugehet. Allusio est ad locum communem de frequenti rerum humanarum permutatione. Si quid) scilicet, Sicuti in uita multi casus humani sunt. Faciat) id est, ut esset amator. Vsus veniet) s. in meo filio, Ich hoffe nicht/das es dahin kommen soll, Ich hoffe, es sol keinen mangel haben. Non dicimus in ablatiuo, Vsu veniet, hoc est, accidet. Spero) Ambigue respondet negatione omissa. Egregie autem commiscet uera falsis, ut uerisimilia dicat, Sicq; mira arte se in animum senis insinuet. Dico) Ich sage es nicht derhalben. Illum) id est, perperam egisse aliquid. Si quid) scilicet, ut peccet filius. Senserim) scilicet, tentare. Si quid) id est, acciderit. Ne quid) s. ægre feras,

succenseas, aut me accuses. Orationes sunt Eclypticæ. Eius) *id est, filij tui.* Aetas) *id est, adolescentia. Locus communis est, quod iuuentus est instar flexibilis ceræ, & multis mutationibus obnoxia.* Quæ sit eius ætas) *Egregia sententia & prudens, ut parentes habeant rationem ætatis in liberis, tum maxime custodiæ & curæ opus esse, cum uiuida est & feruida ætas. Nam illa secum adfert ætas, scortari, potare, &c.* Et) *scilicet, facito memineris.* Næ) *id est, certe.* Magnifice) *id est, ad eundem modum te deciperem, quemadmodum me iam decipere iubes.* Possim) *Q. d. Dabo operam, ut emungam argentum quibuscunque rationibus.* Tractare) *id est, decipiendo, fallacijs.* De istoc) *Præcisio & hic digreditur senex. Cogitat enim tale quiddam non posse accidere, sed impossibile esse.* Age) *scilicet, fallas uicinum Menedemum, aut ut Cliniæ impetretur pecunia.* Nunquam) *Illa est Parascene sequentis Scenæ. Quare Chremes statim egreditur. Quia statim cupit, ut res ea deducatur ad finem. Nunc uero seruus intelligit alium esse factum, & admodum gaudere incipit in malicia.* Commodius) *scilicet, familiarius. Id est, magis in rem seruorum.* Impunius) *id est, liberius, sine pœna.* Vnquam) *id est, ullo tempore.* Quisnam) *Parascene ad sequentem Scenam.* Nec) *id est, Nihil dubito, quin mihi nunc omnia liceant impune.* Quis) *Præter expectationem uidet exeuntem herum.*

ARGV-

ARGVMENTVM IOHAN. STIG. IN ACT. SCEN. III.

Quid istuc, &c.

OBlata occasione egregie declarat ingenium suum Syrus, dum consilio fallendi utitur in Chremetem, quod ab ipso acceperat, ut falleret Menedemum. Itaq; mira astutia persuadet seni, ut conficiat pecuniam Clitiphoni, quam numeret Bacchidi. Fit enim de industria & consilio Poetæ, ut primum periclitetur Syrus in continentia Clitiphonis, & ita sensim res ad Epitasin defertur, & ostenditur ingenium fallacis serui, qui supra dixerat, quo pacto id fieri solcat, &c. Porrò obseruanda est initio indignatio patris in filium, eo quod in conuiuio immodestius sese gesserat. Nam ut immodestia turpissima est adolescentiæ, Ita continentia ac uerecundia maxime eam cõmendat ac ornat, & omni loco ac tempore fauorabilem reddit. Hinc celebrantur apud Liuium & Plutarchum Scipio, & apud Homerum Telemachus. Cum itaq; in omni genere officij considerandum sit, quantum natura hominis pecudibus, reliquisq; feris antecellat, & præcipit Cicero, maxime est annitendum adolescentibus, ut modeste ac uerecunde uiuant, Qua in re idem præcipit exempla proponenda esse eorum, qui sunt optimi ac probatissimi.

ALIVD CASP. CRVCIG.

IAm cœptum est consilium à seruulo de fallendo sene, & uidebatur res pulchre processura. Sed hic subito obijcitur periculum, ne deprehendat Chremes filij esse amicam, quæ domum adducta erat. Nam parum abfuit, quin Clitipho se ipse proderet patri, cum in eius conspectu liberius & familiarius colluderet, ne non procedat fallacia de argento extorquendo. Eratq; hæc futura Epitasis, nisi senis stulticia moram afferret, quem oportet prius prolixe ludi & emungi argento. Principio autem grauem obiurgationem instituit senex aduersus filium, quam etiam adiuuat seruus, quo magis à se amoueat suspicionem fallaciarum. Sed is, ut periculo occurrat, mox arripit consilium de ablegando Clitiphone tam diu, donec argentũ à patre auferat, &c.

ALIVD M. AMBRO.

SVpra Syrus re bene deliberata consilium cœperat de fallendo sene, & uidebatur res pulchre ac feliciter processura. Hic uero obijcitur magnum periculum. Clitipho enim liberius ac familiarius colludens cum Bacchide præsente patre, magna indicia præbet sui amoris. Hinc seruus incipit metuere, ne non procedat fallacia de argento extorquendo. Senis uero stulticia affert aliquam moram instanti periculo. Nam

lo. Nam is à seruo prolixe luditur. Cæterum instituit senex grauem obiurgationem aduersus filium, quam approbat & auget seruus, ut hoc modo penitus à se amoueat suspicionem fallaciarum simul arripiens consilium de ablegando Clitiphone tam diu, donec argentum à patre auferat.

ALIVD EIVSDEM.

CLitipho diligenter monitus per seruum, ne sua impotentia amorem proderet, pollicitus est se hoc facturum summa diligentia. Verum statim oblitus præceptorum, nullo modo potuit se reprimere, quin cum Bacchide liberius iocaretur, qua re statim parenti suspectus fit, & ei præbet iustissimam obiurgandi occasionem. Ne autem intelligat pater Bacchidem esse amicam filij suasu & impulsu Syri adolescens aliquandiu discedere cogitur. Quo digresso incipit commemorare seruus illam technam, qua uti uelit aduersus Menedemum. Hæc quia non admodum probatur Chremeti seruus omnino incertus redditur, quid tandem esset futurum de inueniendo argento.

ALIVD EIVSDEM.

SVpra diligenter admonitus est Clitipho à seruo, ut in præsentia patris hoc unum caueat, ne gestu aut uerbo proderet suum amorem. At præ impoten-

tia adolescens non potuit amorem cælare, sed statim in ipso conuiuio oblitus omnium præceptorum impudenter iocari cœpit cum scorto Bacchide. Hanc rem pater admodum ægre tulit. Quare finito conuiuio cum filio durius expostulat de illa petulantia, quæ minime decet eam ætatem, præcipiens ac monens, ut posthac in conuiuijs summam ostendat modestiam & uerecundiam. Hanc expostulationem patris Syrus approbat, ut maiorem habeat occasionem exponendi suum consilium de fallendo Menedemo, ut hoc prætextu à suo hero securissimo decem minas auferat.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act III. Scen. III.

Quid istuc, &c.

NE proteruus videar) Vide Vallam lib. 4. cap. 105. Et Budæum in Commenta. linguæ Græcæ, ubi contendit proteruum proprie dici, quem Græci ἀκόλαστον uocant. Et proteruitatem idem esse, quod libidinem. Sic infra in hac Comœdia, Quam pene perdidit me tua proteruitas. H. e. tua libido uel impudentia. Sic Horatius uocat proteruos Satyros.

Ineptus) Vide Cicero. lic. 2. de Orato. Ego me hercle, inquit Cæsar, ex omnibus latinis uerbis huius uerbi uim uel maximam semper putaui. Quem enim nos ineptum putamus, is mihi uidetur ab hoc nomen

nomen habere ductum, quod non sit aptus, iaq; in sermonis nostri consuetudine perlate patet. Nā qui, aut, tempus quid postulat, non uidet, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum, quibus cum est, uel dignitatis uel commodi rationem non habet, aut deniq; in aliquo genere, aut inconcinnus, aut multus est, is dicitur ineptus. Hoc uitio cumulata est eruditissima illa Græcorum ratio, Itaq; quod uim huius mali non uident, ne nōmen quidem ei uitio imposuerunt. Vt enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, non reperies. Omnium autem ineptiarum, quæ sunt innumerabiles, haud scio an illa sit maior, quam ut illi solent quocunq; in loco, quoscunq; inter homines uisum est, de rebus aut difficilimis, aut non necessarijs argutissime disputare.

Vna est accedundi via) Hoc est, Si te bene moratum geras, & modestum, per me licebit, ad Cliniam ut accedas ad conuiuium. Sin aliter cogitas, non permitto.

Ea relicta est huic arraboni) Hoc est, pignori, zum vnderpfande. Infr. Act. 4. Scen. 5. Num illa pignorare filiam meam me inuito potuit. In Phor. Act. 4. Scen. 2. dicit. Ager opppsitus est pignori. Ἀῤῥαβών. Gellius lib. 17. cap. 11. annotauit ex oratione Catonis, Arrabonem uocasse Catonem D C. obsides, & addit, Catonem maluisse ea uoce uti, quam uoce pignus, quoniam (inquit) uis huius uocabuli in ea sententia grauior, acriorq; est. Sed nunc arrabo

in sordidis uerbis haberi cœptus, ac multo rectius uidetur arra. Quanquam arram ueteres quoq; sæpe dixerunt.

Seruas, castigas, mones) officia parentum eleganter describit, ut diligenter habeant rationem ætatis in liberis. Supra Act. 3. Scen. 2. Quæ sit eius ætas uides. Idq; faciunt obseruando, castigando aliâs, aliâs monendo, pro ut uidentur ingenia esse.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. III.

Scena III. Quid, &c.

CHremes obiurgat Clitiphonem, propterea quod immodestiorem se præbuerat apud Bacchidem, & illo obiurgato Syrus de extorquenda pecunia fallaciam fingit. Docet autem hæc Scena coercendos esse adolescentes, ut modeste ac uerecunde uiuant. ἄλλως. Expostulatio. Obiurgat enim Chremes filium, quod illum uiderat lasciuius ludere cum Bacchide, quam amicam Cliniæ putabat esse. Orditur autem ab interrogationibus, quæ faciunt orationem concitatam, & indicant indignitatem animi senilis. Confer cum hac Scena superiora præcepta Syri de uitanda immodestia in risu, screatu, tussi, &c. Tum erit satis elegans & utilis ad mores formandos. ἄλλως. Periculum, per quod sensim ad ἐπιτροχασμὸν peruenit, Neq; enim subito, sed per gradus quosdam ad talem motum accedendum erat. ἄλλως. In hac Scena

obiurga-

obiurgatur Clitipho à patre, & admonetur modestiæ, ut cum amica Cliniæ petulantius agere desinat. Est igitur hæc Scena præludio ad futuram Epitasin. Nam periculum Clitiphonis est, ne sese temere prodat. Exordium sumptum est ab obiurgatione paterna. ἄπλως. Grauis & erudita obiurgatio, sed tamen utitur quadam interrogatione, quæ debet esse exemplo ut cogitemus, quam isti pessimi mores in gestibus & uerbis dedecorent hominem. Quid istuc) affectus per admirationem. Viderat enim Chremes filium ludentem cum Bacchide. Quid istuc) scilicet, rei, uel, quid sibi uult. Was soll dis bedeuten. Mos est) id est, Was ist das für eine weise, qui isti sunt mores, aut, quem habuisti præceptorem. Fieri) id est, à te qui adhuc es iuuenis, zimpt das auch einem iungen gesellen. Feci) id est, quid admisi mali, Wie habe ich mich denn gehalten. Vult prætexere summam suam innocentiam. Modo) id est, inter cœnandum. Inserere) id est, immittere. Est descriptio rei turpis, tamen uocabulis honestis & bonis. Sinus der busen, q. d. du hast dich vngebürlich gehalten. Acta) id est, penitus est desperatum de tota caussa. Est autem uerbum desperantis. Timebat enim Syrus, ne ob hoc fallacia eius detegeretur. Perij) Quia nulla spes restat impetrandæ pecuniæ. Respicit autem ista uoce, perij, ad illud, quod antea dixit, Tibi erunt parata uerba, mihi uerbera. Mene) s. uidisti, q. d. An putas me esse talem, qui inseruerit manū in sinum meretricis. Hisce oculis) scilicet uidi. δεικτικῶς &

Pleonasmus. Ne nega) Obiurgantis est. Propositio fuit supra, Iniquus es in Cliniam. Iam sequitur ratio ab inhonesto, Quia eiusmodi mores non decent adolescentem, quod licentiam tractat amicam amici tui. Illi) id est, hospiti tuo Cliniæ. Facis) Secundum argumentum ab inutili & à persona Cliniæ, Quia illum amicum non honeste tractauerit. Indigne) Transit ab obiurgatione ad admonitionem, quæ continet egregia præcepta de uirtute. Abstineas) Enthalteſt. Manum) id est à meretrice, quasi dicat, Quiuis manum inferere meretrici. Exaggerat circumstantiam facti indignitate personæ. Istæc) Sententiose dictum est ab officio amici. Contumelia) id est, magnum est dedecus. Recipere) scilicet, conuiuio, Das du jhn zu Gast ladest. Amicum) id est, Cliniam. Locus communis est, quod hospitij ratio debeat esse fidelis, sicuti historiæ sacræ et gentiles testantur. Subagitare) id est, petulanter ac lasciua cum eius amica agere, Ludere cum amica. Subagitare significat etiam aliquid inire & tentare. Sumpta autem est Metaphora à colendis agris, qui frequenter coluntur. Hinc dicitur ager subactus, & ingenium subactum. Hoc est, bene institutum & edoctum. Subagitare) quasi dicat, Non debebas amicam eius inuerecũde tractare. Vel) id est, etiam. q. d. Vt cætera omittam, aut, exempli causſa. In Eunuch. Vel rex me semper in oculis. Aliud uitium, quo auget superiorem increpationem. Heri) q. d. Vt nihil de alijs malis moribus dicam. A neglectu morum. Immodestus) Vn-

züchtig/

züchtig/ vnbescheiden/ &wie vbel hastu dich gehalten. Quam) Ratio & repetitio propositionis, & istam rationem allegare, est allegare omnia, quæ non decent adolescentem. Molestus) vnuernünfftig, scilicet, eras in conuiuio. Ira) Confirmatio. Metui) id est, ipse pater. Futurum) s. metuebam magnum periculum. Deniq;) scilicet, de tuo periculo. Noui) Ab ingenio amantium. Ego) i. senex, qui multa didici experientia, qui non sum tam stultus, quam tu. Factum) scilicet, est, q. d. nullam modestiam adhibuit. Metui) s. ne aliqua turba exoriatur. Noui) Confirmatio ab ingenio amantium, sumpta ex loco communi, Res est solliciti plena timoris amor. Animum) q. d. Est talis animus, qualis est mulierculārum. Aduertunt grauiter) nemen für ernst auff, accipiunt in deteriorem partem, Quia illorum animi sunt molles & faciliores ad iram & dolorem. Item, Omnia sunt suspecta in amore. Item, Amatores sunt irritabiles. Aduertunt) id est, moleste ferunt. Censeas) scilicet, quæ putas tantum esse puerilia quædam. Censeas) s. pro, censeat aliquis; At) Excusatio, Tamen omnia licent apud amicam. Fides) id est, habet mihi fidem, Er getrawet mir. Hunc) id est, Cliniam. q.d. Hoc scio de illo amico meo. Nihil) id est, turpiter. Facturum) s. propter quod posit indignari. quasi dicat, Ego nihil nimium facio, Est meus summus amicus, Ergo nihil possum apud illum peccare. Esto) i. sit sane ita. Concedentis. Dicit enim, quod nimium fecerit. Aliquo) irgend wohin. Ore) id est,

conspe-

conſpectu præſentia. Eorum) id eſt, Cliniæ & Bachidis. Confutatio eſt. Fert) id eſt, affert. A libidine amatorum. Multa) .i. multorum matorum cauſſa eſt. Ea) id eſt, libido, amor. Facere) ſ. quæ libido ſuadet, aut quæ inſtituit. Eſt uſus honeſtiſſimis uocabulis. Ego) Ich neme ein exempel an mir. A theſi tranſit ad hypotheſin, quam illuſtrat & amplificat ſuo exemplo, quod ideo facit, ut filiũ modeſtiæ admoneat. De me) Allegat ſuam authoritatem ſiue exemplum. Nemo eſt) ſcilicet, qui mihi uſq; adeo eſt à ſecretis. Argumentum eſt à neceſſitate. Opus enim eſt mihi amico, in cuius ſinum mea conſilia effundam. Hodie) id eſt, in hunc uſq; diem Occulta) .i. arcana cordis, quæ liceant & non liceant apud amicos. Alludit autem ad uocabulum, Libido. Expromere) id eſt, dicere, exponere, außſchütten, eloqui. Metaphora eſt tracta à penu. Supra in Eunuch. Vbi illam expueret miſeriam. Apud alium) Enumeratio per diſtributionem. Prohibet) id eſt, ne exponam mea occulta. Dignitas) id eſt, ut habeam rationem perſonæ. Alium) .i. amicum, qui excellit dignitate. Facti) .i. immodeſtioris.

Ineptus) Cauſſa finalis. Ineptus, vnbeſcheiden/vnnütz, Eſt qui neq; in dicendo, neque in iocando aut tempus, aut locum, aut dignitatem ſeruat ſuam. Allegat Poëta hic duo genera amicorum. Proteruus) temerarius, impudens, audax, fürnemiſch, importunus. Infra Act. 4. Scen. 4. Satis pol proterue. Vide Vallam libro 4. Capite 105. & Budæum

dæum in Comment. Græcæ linguæ fol. 1376. Illum) i. Cliniam. Facere) ſ. quod ego facio apud amicos. Sed noſtrum) Plane morale præceptum eſt, quomodo nos debemus exhibere in conuiuijs, & ubicunq; ſumus inter bonos. Intelligere) ſcilicet, etiamſi nihil dicant amici, &wir ſollen das fürnemen, qui accedimus ad conuiuia amicorum. Obſequi) ſcilicet, amicis. Multa enim ſunt diſſimulanda. Vtcunq; id eſt, quacunq; occaſione. Iſtic) Appellantis, & ſecum iſta Syrus loquitur timens ſuæ fallaciæ. Iſtic) proiſte, Vultu oſtendit, quaſi nihil intelligeret. Iſtic) ſ. tuus pater, Perij) Es hat mühe vnd arbeit. Significat, quod iſtam cantilenam non libenter audierit, & reſpondit miſerabiliter. Hæc) .i. eadem quæ pater tibi mandauit. Clitipho) Compellantis eſt, bekümmere dich nicht, Frugi) das ich es gut mit dir meine, dicam, quid tibi ſit faciendum. Hæc) ſcilicet, ut diſcedas, Functus) Ich habe gebraucht, Officium) Archaiſmus eſt, pro, officio. Egregia ſententia eſt in omnibus rebus agendis. Supra in Eunuch. eſt elegans locus, Quod ego intellexi minus. Sed miles correxit, &c. Temperantis) ſcilicet, ſcientis moderari affectus. Sodes) eſt Aduerbium blandientis. Tace) id eſt, nihil dicas mihi. Interrumpit eius ſermones. Recte) ſcilicet, à me dictum eſt, q. d. Nihil dicam, ſi non uis audire. Syre) Communicat illam cauſſam cum ſeruo. Pudet) .i. petulantiæ filij Clitiphonis. Credo) Aſſentientis eſt. Neq;) Comprobantis. Hoc autem facit, quo facilius poſſint eum fallere.

Mihi

Mihi) scilicet, qui non sum pater. Molestum est) s. quod tuus filius adeo est intemperans. q.d. Me quoque offendit illa proteruitas. Pergin') s. contra me loqui apud patrem. Iracentis sunt uerba. Aegre enim fert Clitipho seruum aduersus se loqui. Verum) id est, dico, quod res est. Videtur) scilicet, rectum & honestum esse.

Nonne) Argumentatur, tanquam esset honestum. Illos) scilicet, Clinian & Bacchidem. Accedam ad illos) Obseruandum est apud Ciceronem & Terentium plerunq; repeti propositionem cum suo casu, licet uerbum cum eadem compositum eam non postulet. Eho) Admonentis uox. Vna) Ironia, quasi non essent aliæ uiæ & commodiores ipsos conueniendi. Vna) s. honestas, modestia & continentia, quasi dicat, An non potest honestius accedere, kanstu nicht ehe zu jhm gehen/ denn wenn sie mit einander zuschicken haben. Via) id est, honesto & licito modo. Accedendi) id est, amicos, q.d. Non debes subagitare amicam. Actum) .i. de illa tota nostra causa. Hæc secum loquitur. Formula sumpta est à foro. Hic) scilicet Clitipho. Indicarit) pro, indicauerit, h. e. prodet amorem suum, Er wird sich ehe verrahten. Est futurum, quod Linacer uocauit exactum mixtum cum significatione præteriti. Effero) id est, extorqueo à sene Chremete. Chreme) Consilium de ablegando Clitiphone, ne hoc negocium de extorquenda pecunia impediatur. Vide autem ut nebula se extenuet πάντα κτλ τὸ πρέπον, ut se me-

lius

lius insinuet falsurus senem. ἄλλως. Observa artificium astuti servi, qui scit dare optima verba, extenuat suam personam & extollit Chremetem. Hunc) id est, Clitiphonem. Sulto) id est, seruo. Tu) scilicet, qui es sapiens, & tanquam Deus. Quid faciam) id est, audiam te. Captus est uno uerbo. Iube) Cogitat fallere senem, et non uult adolescentem adesse. Hunc) id est, filium. Hinc) scilicet, ex ædibus. Quo lubet) id est, ianua est tibi aperta. Illis) id est, Cliniæ & Bacchidi hospitibus. Subdolum & uersi pelle ac malicioſum ingenium describere uult Poeta in seruo Syro. Abi) Quare es potus. Deambulatum) scilicet, ibo. Repetit per indignationem. Quo) scilicet, eam. Vah) Admirantis uel irridentis. Locus) id est, omnes portæ sunt apertæ. Alle Thüren stehen offen. Abi) Addit demonstratiue, ut magis rideat adolescentem. Istac) id est, ista uia. Aduerbium est per locum. Istorsum) Ad locum, dort hinauß, id est, istuc uersum. Recte) Ideo ei credit senex, quia existimat esse probum seruum. Dicit) scilicet, Syrus, quia monet filium, ut discedat. Censeo) id est, est mea uoluntas, ut abeas. Dij) Imprecantis est formula. Istinc) i. ab amica, uel ex ædibus. Me) s. inuitum.

At) Auersus à sene ad Clitiphonem loquitur. Pol) Est species irrisionis. Comprimito) id est, contineto. q. d. Noli inserere manum in sinum meretricis. Iam disces, ut sis posthac cautior, Greiff ein ander mahl nicht so weit vmb dich. Tu) s. Clitipho. Manus) s. petulantes. Alij exponent, Manus scilicet,

argento.

argento, Sey nur jetz zufrieden, balde ſoltu deine hende voll geldes kriegen. Cenſen') id eſt, cenſesne. q.d. Quid tibi uidetur, ich wil dir es heimſtellen. Eſt communicantis. Iam ſequitur altera pars Scenæ. Digreſſo Clitiphone callide redit ſeruus eò, ut occaſionem arripiat fallaciarum. Ac ſenex ipſe ultro repetit eius rei mentionem. Sequitur ergo Syri narratio, qua exponit, quam technam fingat Clinia ad patrem fallendum, cuius hæc eſt ſumma, quod hoc prætextu uelit argentum petere à patre, Quia cupiat mercari puellam à Bacchide, in qua magna ſpes ſit lucri. Sed hoc ſeruuli conſilium non procedit. Tum quid Chremes non uidetur approbare, tum quod ea ipſa puella, de qua agebatur, mox reperietur eſſe Chremetis filia, ſic ut non relinquatur locus fallaciæ de illa emenda. Cenſen') Ad Chremetem loquitur, Occaſio coniuncta cum occupatione, ut ſuſpicionem amoueat, & interim maxime agit cauſſam filij apud patrem. Vide orationem Sinonis apud Virgilium. Illum) id eſt, Clitiphonem. Adblanditur Chremeti, & ſuſpicionem fallaciarum remouet & redit ad cœptam occaſionem, qua ſenſim peruenit eo, ut argentum à ſene extorqueat. Illum) ſ. qui eſt tam immodeſtus. Dant) id eſt, concedunt, als viel dir Gott gnade verleihet. Niſi) q. d. Ipſe plane peribit. Seruas) id eſt, diligenter conſideras, quid agat, habeſt fleißige achtung auff jhn. Caſtigas) id eſt, uerbis diſciplinæ. Mones) ſcilicet, aſſidue, ut deſiſtat. Egregium præceptum continens optimam rationem educandi filios.

Ego)

Ego) Est iam admodum securus, & putat illum meliorem redditum. Istuc) scilicet, de meo filio. suo tempore, Laß mich darfür sorgen. Atqui) id est, sed certe, Est circumstantia temporis. Hic) scilicet, Clitipho. Nunc) id est, hoc die. Q. d. Res non uult distrahi in longum, Non est procrastinandum. Fiet) ich wil sehen / wie ich ihm thue. Si sapias) id est, si cupis filio consultum, tum debes in tempore eum corrigere. Mihi) id est, pædagogo suo. Obtemperat) Er gehorcht mir ihe lenger ihe weniger. Magister improbus, qualem se non esse simulat nebulo Syrus, certe corrumpit animos adolescentum. Supra in Andria, Si quis Magistrum cœpit ad eam rem improbum &c. Nam mihi) De obœdientia filij. Mihi) Accusat filium. Q. d. Est plane iam factus sui iuris, non uult me agnoscere præceptorem.

Quid tu) s. dicis. Exquirit fallacias, quibus decipere uelit Menedemum. Tu) scilicet, tecum cogitas. Q. d. Omittamus ista de meo filio. Illo) id est, dolo. Q. d. Confixisti aliquam fallaciam, qua comparet argentum filio. Dudum) scilicet, an cogitasti de Menedemo fallendo. An nondum) id est, aliquid reperisti. Fallacia) scilicet, aduersus Menedemum. Placeat) scilicet, quod uidetur esse tutissimum. Est) s. in promptu fallacia. Quandam) scilicet, fallaciam. Obiter occurrit ei quædam fallacia. Frugi) scilicet, seruus. Est collaudantis uox. Cedo) s. dic. Quid est) scilicet, quale est inuentum, quæ est illa fallacia. Dicam) sc. factam, quam inueni. Pollicetur, sed postea

dicit, quod habeat multas & optimas quidem cogitationes. Aliud) id est, consilium. Incidit) s. præter omnem opinionem, absq; ordine. Multa fingit, ut uerisimilis sit, quid finxerit. Incidit) id est, succurrit. Quid nam) scilicet, est, quod inuenisti. Hæc) scilicet, Bacchis, quæ est in tuis ædibus. Probat istam sententiam, quam habet senex. Quia nouit ea re omnino posse capi senem. ἄλλως. Narratio, qua exponit commentum, quod facit spem seni & expectationem lucri, ut sub prætextu faciat uerisimile, id non filij caussa agere, sed rei seriæ. Videtur) id est, esse pessima meretrix meo iudicio. Consentientis est. Scias) quare sit meretrix, scilicet, tu magis hoc diceres. Inceptet) id est, meretrix. Hoc tantum dicit, ut postea habeat occasionem extorquendi pecuniam. Vali) Admirantis. Fuit) Narratio breuis. Hic) scilicet, Athenis. Hæc) id est, Bacchis. Huic) scilicet, anui mortuæ. Mille drachmarum) hoc est, centum coronatos, uel decem minas. Drachmæ ualuerunt apud Græcos non pluris, quam apud Romanos denarius. Decem drachmæ ualent uno aureo Vngarico. Octo drachmæ Rhenano aureo. Quid tum) scilicet, quid postea. Ea) id est, anus Corinthia. Adolescentulam) id est, Antiphilam. Reliquit) scilicet, Bacchidi. Ista tantum fingit seruus. Ea) scilicet, filia. Argento) pro, Mille drachmis. Arraboni) .i. pignori, zu einem pfande für das geld. Arrabo est, quod datur in certum signum solutionis, Ein vnterpfandt. Ἀῤῥαβὼν. Veteres inter recepta uocabula usurpabant, nunc du-

rius

rius est, pro quo arra utimur, Gottspfenning, Leykauff/ oder das man einem auff den kauff gibt. Vide Institu. lib. 3. de emptione & uenditione. Intelligo) Monentis, ut pergat dicere, ut audiat integram sententiam. Hanc) id est, Antiphilam adolescentulam. Ad vxorem) id est, apud. Sic & Liuius lib. 4. Dec. 3. ad exercitum erat. Item, ad regem remansit. Quid tum) id est, nihil dicis adhuc. Clinia) scilicet, filius Menedemi. Orat) id est, Bacchidem in tuis ædibus. Illam) id est, adolescentulam. Vti) pro, ut. Poscit) id est, offert se, pollicetur, promittit, Er verwilliget sich/ vnd beut dir an so viel dafür zu geben. Illi) id est, puellæ adolescentulæ. Poscit) scilicet, à Clinia. Daturum) pro dare. Locutus est Græcorum more. Nummum) pro, mille drachmarum, Sicut & Plautus sæpe. Mille nummum ualent 25. coronatis. Poscit) i. certa pollicetur. Hui) Quando aliquis rem plane certam affirmat. Dubium) scilicet, nihil libentius faciunt, quam quod possunt. Totus animus meretricum est, ut auferant, quæcunq; possunt. Dubium) id est, res est. Putauit) s. quod meretrix tantum poscat. Fatetur errorem suum. Cogitas) id est, in illa caussa de fallendo Menedemo. Iterum ad rem redit. Egone) scilicet, quid facere uelim. Reprehendentis & ostendentis. Ibo) scilicet, recta, sine longiori deliberatione. Dicam) scilicet, Menedemo. Hanc) scilicet, adolescentulam. Captam) id est, aduectam esse Athenas. Ex Caria) id est, ex insula in minori Asia, Ich wil sagen/ sie sey von eit her. Caria est

pars seu prouincia minoris Asiæ inter Lytiam & Ioniam, cuius incolæ uocantur Cares & ferax est seruorum. Commendat autem hic puellam à patria. Ditem) Commendat à fortuna. Nobilem) Laudat à familiæ dignitate. Redimat) id est, illam puellam Menedemus à Bacchide, So er sie lôset/das wol etwas grosses an ihr zu gewinnen sey. Commendat ab utili, & putat fallaciam esse admodum tutam. Erras) id est, non mihi placet. Quid ita) id est, non est fabrica quædam. Pro Menedemo) id est, Volo hoc ipsum dicere, quod esset dicturus Menedemus. Pro) .i. loco. Non emo) s. diceret Menedemus. Emo) Quia domi habeo filium. Recitatiue ista dicuntur. Quid ais) scilicet, ad illa uerba. Optata) id est, bona uerba, das ich gerne hôre/ du must ein besser wôndschen. Quæ. ne dicas hoc mihi accidere posse apud Menedemum. Atqui) id est, certe. Opus est) s. hoc tempore, cum tibi respondeo pro Menedemo. Opus) scilicet, loqui optata. Non) .i. opus est loqui optata. Quid) .i. quæ est causa, uel, quare hoc mihi obiiciat Chremes. Miror) Discedit à sene. Scies) scilicet, cur hoc mihi displiceat. Mane) Parasceue ad Catastrophen. A nobis) id est, nostra. In principio Scenæ huius fuit propositio, Non iustum est manum inferre in sinum meretricis. Prima ratio est, Quia non decet tuam ætatem. Secunda ratio est, Quia ex hac re solent existere magnæ dissentiones etiam inter optimos amicos.

ARGV

ARGVMENTVM IOHAN. STIG. IN ACT. IIII. SCEN. I. Nisi me, &c.

HAEc Scena præbet occasionem ad Catastrophen amoris Cliniæ. Nam Antiphila, quam ille amat ex annuli indicio Chremetis filia agnoscitur. Itaq; iam amplius nihil uidetur periclitari Clinia, sed Syrum fallit certi consilij ratio. Itaq; aliud consilium aggreditur, ut à Chremete argentum auferat in gratiam Clitiphonis. Proponitur autem exemplum altercationis inter uxorem & maritum, quæ tamen statim componitur, quo loco admonet Terentius, matrimonia quidem non esse citra molestiam, sed tamen omnes molestias facile uinci mutuis coniugum obsequijs.

ALIVD D. CASPARIS CRVCIGERI.

SVpra Epitasis rerum Cliniæ proposita est, ubi exprimitur ingens sollicitudo adolescentis anxie expectantis, metuentis, & suspicantis omnia, ne excidat amica. Hoc loco describitur Catastrophe. Cognoscitur enim Antiphila ex annulo Chremetis filia. Simul quoq; hic ponitur occasio Epitasis rerum Clitiphonis. Addita est quoq; ratio extorquendi argentum à Chremete. Oritur autem ex recognitione illa Antiphilæ, primum uehemens altercatio inter

maritum & uxorem, quæ postea excusatione & deprecatione uxoris lenitur & ambo reconciliantur. Porro tota altercatio consumitur in accusatione & defensione. Maritus uxorem accusat inobœdientiæ, & imprudentiæ. Huic uxor opponit suam obœdientiam, utcunq; purgans factum, & ultimo deprecans culpam.

ALIVD M. A. MBRO.

Πράσεις rerum Cliniæ supra est proposita, in qua expressit Poeta ingentem sollicitudinem adolescentis, qui anxie expectabat, metuebat, ac suspicabatur omnino, ne amica excideret, cum haberet patrem durum, & reluctantem in omnibus filio. Hoc uero loco describitur occasio Catastrophes. Cognoscitur enim ex annulo Antiphila Chremetis filia. Ex hac recognitione uehemens oritur altercatio inter maritum & uxorem, quæ tamen excusatione uxoris mox lenitur, adeoq; facillime ambo reconciliantur. Tota autem altercatio consumitur in accusatione & defensione. Maritus uxoris accusationi opponit suam obœdientiam, & primo loco utcunque purgat factum. Vltimo ioco deprecatur culpam. Præterea additur initium Πράσεως rerum Clitiphonis. Item ratio nouæ extorquendi argentum à Chremete.

ALIVD

ALIVD EIVSDEM.

CHremes sollicitus admodum pro suo uicino tandem intelligit ex uxore, quod nunquam cogitasset adolescentulam, quæ uenerat cum Bacchide, suam esse filiam. Eam rem primo ægre fert, & uxorem durissimis uerbis obiurgat. Deinde uero mitior factus blanda responsione, & manere filiam omnino cupit.

ALIVD.

SVpra dictum est de moribus Antiphilæ puellæ admodum castæ, fugientis ocium, & obsequentis. De hac puella ne maneret aliqua suspicio alicuius ignominiæ, quasi nata esset ex amore meretriceo, in hac Scena ordine subijcitur, qui fuerint huius puellæ parentes. Audiens uero Chremes ex uxore hanc suam esse filiam, primum pro fabula habet & admodum stomachatur propter eam rem contra uxorem, quam accusat perpetuæ inobœdientiæ & incogitantiæ. Postea uero tota re intellecta de inuenta filia Antiphila desinit dubitare, & altercari cum uxore.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. IIII. Scen. I.

Nisi me, &c.

Sic est factum domina? Ergo herus dano auctus est) Bembus sic legit, Sustulisti. Sostr. Sic est factum. Chre. domin', Syr. Ergo herus, &c.

Vt meæ stultitiæ) Infra in Hecyra, Itidem illæ mulieres sunt ferme, ut pueri leuis sententiæ. Quid? Vt corpus teneris, sic mens infirma puellis, fortius ingenium suspicor esse uiris.

Non licet hominem sæpe esse, vt vult, cum res non sinit) Est & hæc prudentissima & grauissima sententia ex Oeconomia nata & etiam ex admiratione Reipub. Sæpe enim pro rebus, ut illæ se dant, aliud alio tempore improbamus, alia probamus. Sic recte dicit Cicero lib. 1. Epist. 9. Non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus. Infra, Non necesse habeo omnia pro meo iure agere. Item, Imperare nescit, qui nescit dissimulare.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. IIII.

Scena I. Nisi me, &c.

ANtiphila ex annulo Chremetis filia agnoscitur, quæ res occasio est ad Catastrophen amoris Cliniæ & Syri fallaciam perturbat. Primum autem grauis est inter uxorem & maritum altercatio, quæ tamen statim uxoris excusatione & deprecatione componitur. Ibi monet Terentius matrimonium

quidem

quidem non esse molestijs uacuum, sed eas tamen uinci mutuo coniugum obsequio. ἄλλως. Sic sæpe dissentiunt coniuges. Sed opus est graui marito, qui consilio gubernet omnia, & qui κατὰ γνῶσιν cohabitet cum uxore, sicut Petrus ait, & parcat imbecilliori uasculo, hoc est, Grauiter ferat imbecillitatem muliebris animi, &c. ἄλλως. Quia hoc colloquium coniugum est, elegantissime omnia sunt adscripta in eo, ut sermones, affectus, & animos coniugum agnoscas, Omnia dicuntur κατὰ πρέπον. Et natæ sunt sententiæ omnes, atq; uerba ex Oeconomia, cuius magnam peritiam pleraq; redolent in hac tota fabula, ut facile dixeris adiutum esse Terentium à summis illis & doctissimis uiris, Lælio Scipione, & alijs, qui has sententias Poetæ suggessérunt, quas non discendo, sed experiendo in re familiari administranda cognouerunt, & in matrimonio. Et quædam sunt ex ipsa natura nata, ut quod Sostrata de imbecillitate seu infirmitate animi muliebris & robore seu fortitudine ingenij uirilis, dicit Ouid. Vt corpus teneris, sic mens infirma, puellis. Deinde quod additur illius sexus habendam esse rationem, &c. ἄλλως. Hæc Catastrophe rerum Cliniæ est, & occasio ἐπιτάσεως & nouæ rerum Clitiphonis. ἄλλως. Primus Actus huius Comœdiæ continet colloquium senum & familiaritatem Clitiphonis & Cliniæ. II. Quomodo ad se pertraxerint suas amicas. III. Fallaciam serui Syri de fallendo Chremete. IIII. De recognitione Antiphilæ, & quomodo seruus emungat, à

sene Chremete argentum. Nisi) Verba mulieris admodum lætæ, quæ intelligit filiam adhuc saluam. Animus) id est, cogitatio, coniectura. Profecto) Ab asseueratione, Es ist eigentlich das Ringlein. Suspicor) scilicet, esse annulum. Is) scilicet, est. Declaratiue ponitur. Obserua autem sollicitudinem Sostratæ. Qui cum) id est, cum quo. Anastrophe. Exposita) Mit welchem Ringe ich habe von mir lassen tragen meine Tochter. Exponere est proprie morti obijcere uel tradere. Inde infantes abiecti, ut pereant, expositi dicuntur. Quid) id est, quid significant illa uerba Sostratæ. Inspicit suam uxorem, unde colligit esse aliquid noui. Vult) quasi dicat, Quid significat, quod mea uxor sic gestiat. Interrogantis est. Quid est) Interrogat ut fiat certior. Videtur) id est, quid tu iudicas, was deucht dich. Is). i. annulus esse filiæ Dixi) Affirmat, quod sit annulus. At) s. ut probe perspicias annulum. Modo) scilicet, tantummodo. Satis) scilicet, sum contemplata annulum. Abi) s. tu nutrix. Illa) id est, Antiphila. Lauerit) id est, lota est. Enallage generum. Morem autem lauandi uide apud Plinium & Cornelium Celsum. Hic) scilicet, ante fores. Paraseue altercationis, quæ sequetur. Operior) id est, expectabo, pro operiar, antiquo more, Ich wil meine sache mit dem Manne außrichten. Vult) scilicet, uxor. Videas) pro, uidere possis. Indefinitum est, & monentis uox. Velit) q. d. tecum colloquetur. Quid) scilicet, cur, aut, propter quid.

Tristis)

Tristis) scilicet, uxor. Temere) i. non est de nihilo. Siet) Vox aspernantis suam uxorem. Quid siet) Cum stomacho reijcit admonitionem serui, quasi dicat. Quid putas acturam illam-Næ) id est, certe, profecto, Es ist jhr ein Mauß vber das Bein gelauffen. Mulierculæ sunt curiosæ in rebus leuiculis & nihili. Dixerit) id est, strenue mentietur, aut, aget Tragœdias in nugis, Sie gibt kindertheidung für. Descriptio sermonum mulierũ, quæ omnino sunt nullius fructus. Ista) scilicet, uxor. Ehem) Prima salutatio blandissima. Ehem) Resalutatio irati senis, Kömpstu aber gegangen. Teipsum) Sunt muliebres blanditiæ. Loquere) Simulat se iracundum, quasi dicat, was ist es denn/ machs doch her/ was du newes bringest. Primum) Exordium pulchrum ab insinuatione. Nam præoccupationem habet elegantem, qualis fuit illa supra in Eunucho Parmenonis serui. ἄλλως. Insinuatio continens purgationem, ne uideatur contra Mandatum mariti feciſſe. Locus est status assumptiui. ἄλλως. Exordium à precatione, quod non debeat cogitare esse inobœdientem. Edictum) Hic Poeta uiri uoluntatem uocat mandatum & edictum. Tibi) id est, in tuam gratiam. Istuc) scilicet, quod iubes omnibus obtemperes. Credo) Ironica uox, qua significat se hoc facturum. Sostrata utitur deprecatione, purgatione, & translatione. Nescio) Ludit pulchre mulierem, estq; sententia à signis. Purgatio) id est, excusatio uxoris. Interpretatur insimulationem. Peccati) id est, haud dubie est sibi conscia. Noema-

ticos

tiosos dictum est. Meministi) Narratio facti, quæ additur ad fidem sibi faciendam. Esse) scilicet, fuisse. Ne) pro num. Magnopere) ernstlich. Interminatam) scilicet, ualde minatam. Inter enim in compositione habet significationem, ualde. Tolli) i. educari. Auffziehen, hoc est, Te non habiturum filiam. Nolle) scilicet, te. Scio) Ironia. Sustulisti) id est, nutriuisti, educasti, clam feci ſti enutriri puellam, non exposuisti, Sicuti ego iussi, Du hast sie beym leben erhalten. Sic) Verba sunt Sostratæ. Factum) id est, ita est, educaui. Domina) Syrus compellat dominam. Ergo) scilicet, quia sustulisti filiam. Auctus est) scilicet, propter dotem, quam debet dare filiæ, Mein Herr wird müssen geld außgeben, So hat der Herre den schaden. (Sic) Si sunt uerba Chremetis, tunc sententia erit Ironica. q. d. Tunc domina ausa fuisti hoc facere. Minime) scilicet, sustulisti. Inficiatio. Alij sic exponunt minime, scilicet, auctus est damno herus. Hic) id est, Athenis. Sed) Redit ad narrationem, & commendat animum à patria & uitæ honestate, item à senectute. Impura) id est, honesta, non improba, quæ habuit satis bonam famam in ciuitate. Ei) id est, anui. Exponendam) id est, abijciendam filiam. Exponere) id est, abijcere, Das Kind hin weg werffen. O Iupiter) Obiurgatio ualde uehemens, qua in stulticiam mulierum inuehitur, & facit collationem uitiorum & peccatorum, & orditur ab exclamatione per indignationem, Soll ein Menſch also vnuerſtendig ſein. Inesse) scilicet, decet. In animo) scilicet,

uxoris

uxoris. Inscitiam) id est, ignorantiam, so vnbedachtsam. Perij) Ingemiscentis. Feci) ſ. quid commiſi, quod tantoperè ſtomacharis. Rogitas) ſcilicet, quid fecerim. Indignantis est, quaſi debeam tibi reuocare in memoriam. Si peccaui) Excuſatio ab ignorantia, eſtq; ſtatus aſſumptiui. Peccaui) ſ. in filia exponenda, So ich dir bin vngehorſam geweſt. Si) q. d. Quod tamen non affirmo. Id equidem) Inuerſio, Si non facerès, non putarem te eſſe meam uxorem. Negas) id est, ſi aliud diceres. Scio) i. te inſcientem facere. Te inſcientem) id est, per imprudentiam & ignorantiam, incogitate, & inconſiderate, das du nerriſch handelſt/ſine conſilio & delibèratione. Mulieres multa non in rem ſuam loquuntur. Propoſitio fuit, Male egiſti. Ratio à communi uitio mulierum. Quare omnia inconſulto agis. Tot) Exaggerat & amplificat peccata & delicta uxoris per enumerationem. Peccata) id est, errata. In hac re) Quia non expoſuiſti filiam. Imperium) id est, Si mihi uoluiſſes obœdire. Meinem gebiß vnd gebiet nachkommen. Q. d. Wenn du hetteſt wollen thun/ was mir lieb were. Execui) id est, implere. Interemptam) ſ. filiam. Primum peccatum est inobœdientia. Quia non expoſuit filiam, ſicuti iußit maritus. Simulare) id est, Non debuiſſes eam tollerè, aut educare. Repetit obiurgationem. Mortem) ſcilicet, filiæ. Dare) Laſſen leben bleiben. Re ipſa) ſcilicet, dando eam anui, quæ potuerat eam educare.

At) Reſponſio ad obiectionem. Id) ſcilicet, quod poſſis

possis uti pro defensione. Concessio per occupationem. Rhetores numerant illa inter causas impulsiuas, uel affectiones animi. Misericordia) id est, mouit me. Maternus animus) scilicet, prohibuit exponere filiam, Das sie es nicht hat können vbers hertz bringen/ ut occideretur filia. Sino) id est, concedo, Ich laß es hin gehen/ denn dem mütterlichen hertzen muß man viel nachlassen. Quam) Altera pars obiurgationis ironica. Vult enim dicere, multo peius consuluisti filiæ, quod dedisti turpissimæ uetulæ, quã si intermisisses. Benè) id est, prudenter. Prospectum) Quia seruasti filiam. Est illudentis, Wie hastu es so fein getroffen/ wie hübsch hastu dich fürgesehen. Alterum membrum, quod hoc tantum feceris, quod in summa ciuitate sit maxima contumelia. Quid voluisti) scilicet, facere, Wie hastu gedacht, quod non exposuisti filiam. Voluisti) scilicet, quid in animo habuisti. Cogita) Communicantis est. Nempe) Subiectio quando nostræ interrogationi respondemus.) Anui) scilicet, data. Prodita) Verrathen vnd verkaufft. quasi dicat, Melius fuisset interfici, quam sic educare. Secundum peccatum quod prodidit filiam anui. Per te) Alß viel an dir gelegen ist. Exponit, quomodo sit prodita. Per te) scilicet, Quia est tradita anui. Interpretatio per distributionem. Quæstum) id est, prostitueret corpus & malis artibus pecuniam compararet, uel, quod esset in uita meretricia, Das sie etwas für sich brechte/ das sie einen bösen gewinn triebe. Hoc crimen merito reprehensionem meretur. Quia turpe

est

est, si filia matre autore in periculum famæ & uitæ conijcitur, & satius est eam primum perire, quam posthac turpem uitam agere, per quam amittunt, si non in tempore gratiæ resipiscunt, uitæ æternæ hæreditatem. Veniret) scilicet, uenderetur filia. Per te) quia tu dedisti. Credo) Insultationes. Cogitasti) scilicet, pro tua magna prudentia aliquandiu. Quidnuis) scilicet, feceris, aut ita cogitasti, & was sol das sein. Saris est) id est, non exponam, non habuisti rationem, quomodo esset bene morata. Viuat) s. filia. q. d. Non sum admodum sollicita de moribus, dum modo habeat uitam. Quid) Donatus refert ad amatores, sed est perpetua oratio Chremetis, & stomachatur sibi, quod habeat tam stultam uxorem. Cum illis) scilicet, hominibus. Indefinite dictum est, cum tamen hoc intelligat de sua uxore. Agas) .i. agat aliquis. Nunc concludit obiurgationem. Qui) id est, homines. Sciunt) .i. non intelligunt, non habent rationem, nec iuris, nec æquitatis, Sie fragen nach keinem dinge nichts. Melius) Interpretatio. Nihil) pro, non. Lubet) q. d. Hoc tantum uident, & oportet esse eius bonum & æquum. Obserua pulchram amatorum descriptionem, qui excæcati amore in agendo id tantum probant & sequuntur, quod libido iubet.

Mi Chreme) Secunda pars descriptionis consistens in argumentis misericordiæ, non iuris. ἄλλως. Desinit se defendere, & confugit tantum ad deprecationem, & fatetur peccatum. ἄλλως. Status assumptiui locos habent concessionem, quæ constat

purga-

purgatione & deprecatione, qua hic utitur mulier. Non enim negat factum, &c. Translationem non habet. Chreme) Deprecatio. Obseruandus autem est hic locus communis, quod placabilis oratio mitiget iram. Asper uero sermo excitet iracundiam. Ein gut wort findet ein gute stat. Vincor) scilicet, tuis argumentis, Du vberweisest mich. Obsecro) So wil ich dich bitten. Peccaui) id est, Purgat se per concessionem, Marito à te meo marito reprehendor, quia peccaui. Animus) 2. Deprecatur ueniam, si quidem honestum sit, ut maritus propter grauitatem ætatis mulieri aliquid condonet. Suauissimus autem locus est de uirili animo & ingenio firmo, ut ferant imbecillitatem sexus muliebris, & habeant eius rationem, id quod etiam docent sacræ sententiæ Apostolorum. Vide infra in Hecyr. Act. 3. Scen. 1. Itidem illæ mulieres sunt fermè ut pueri, leui sententia. Grauior) Verstendiger. Ignoscentior (id est, potest facilius placari. Præsidij) behülfflich, quasi dicat, Du wolleſt es mir nicht zurechnen, si ubueniat mihi. Ignoscentior) id est, ut mihi sis æquior in danda uenia. Stultitiæ) 3. Transfert crimen in suam stulticiam, cui uir bonus merito debet dare ueniam Iustitia) Poeta semper iustitiam tribuit senibus & sapientiam, Ouid. Mirantur iustiq; senes, &c. Adolescentibus uero ubiq; tribuit stulticiam Supra in Andria, Imperitos rerum, &c. Et in Eunucho, Stultum adolescentem nobilitas flagicijs. Infra in hac fabula Act. 5. Scen. 2. Tibi prospexi, & stultitiæ tuæ.

Ratio

Ratio est. Quia cum animus, hoc est, calor defer-
buerit, non tam facile ad res iniustas perpelluntur,
& minus sunt affectibus obnoxij, neq; tantum sibi su-
munt per impotentiam & calorem animi, qui in illis
refrixit. In adolescentibus non item. Horat. Calidus
iuuenta. Supra in Eunuch. Hanc mihi uel ui, uel clam
&c. mea nihil refert &c. Præsidi) Apocope, pro,
præsidij. Scilicet) Assentientis. Ego sum quasi uir-
tus. Factum) id est, delictum. Verum) Castiga-
tio cum admonitione, ne sæpius peccet. Facilitas) s.
quod ita sum exorabilis, uel, quia ego subindé igno-
sco, & nihil aliud efficio, nisi ut te faciã negligentẽ, Je-
mehr ich dir nachgebe / ihe erger du wirst. Docet)
Du nimpst ein vrsach, das du darnach erger würst.
Docet) scilicet, Tu abuteris mea facilitate. Senten-
tia est generalis. Licentia omnes simus deteriores.
Istuc) Præcisio & conclusio. Occeptum) id est,
de puella exponenda. Vt) Repetitio narrationis cum
confessione muliebris stultitiæ. Stultæ) Mores &
cogitationes matrum. Omnes) id est, mulieres.
Religiose) id est, superstitiosæ, sollicitæ, Die &wei-
ber sind nerrin. Allegat totum sexum. Do) scilicet,
filiam. Illi) id est, anui. Digito) s. meo. Exponen-
dam) Das Kindlein vmbzubringen. Eum) id est, an-
nulum. Dico) scilicet, anui, pro, dixi. Exponeret)
Quia quid profuisset puellæ mortuæ, miseræ, religio-
sæ. Moreretur) scilicet, anus, uel, filia. Expers)
Das sie auch etwas hinweg brecht von seinen Eltern
Istuc) Ironia scilicet, factu, Du bist sehr klug gewest.

Conseruasti) scilicet, feciſti, quod uoluiſti. Illam) ſcilicet, filiam. Hic) δακτύλιος eſt. Habes) id eſt, annulum. Non ſtatim habet fidem. Quam) ſcilicet, annulum habeo ex adoleſcentula. Antiptoſis, Accuſatiuus pro Nominatiuo, Eclipſis præpoſitionis. Hem) Admirantis. Expectat autem exitum rei. Ea) id eſt, puella. Lauatum) Antique dixit, pro, lotum. Ea) id eſt, puella. Seruandum) Ich ſoll jhm jhr auffbeben. Aduorti) Ich habe nicht groſſe achtung drauff geben. Cognoui) ſcilicet, eſſe annulum filiæ. Exilui) Allegat obœdientiam. Quia illud ſit ſignum obœdientiæ, quod ita exiluerit ad ipſum, ut rem lætiſſimam ipſi nunciaret. Exilui) ſ. ad te læta. Suſpicare) i. putas, &was wil drauß werden. Nunc) ſ. de annulo. Illa) quæ dicitur tua filia. Pergit interrogare ſenex, ut ueritatem cognoſcat. Neſcio) ſcilicet, quid debeo agere. Reſponſio per dubitationem. Ipſa) id eſt, puella. Interij) Dolentis. Senſim incipit hæſitare ſeruus uerſipellis, cum uidet ſibi non reſpondere euentum conſilij ſui. Plus) Es gehet erger zu, denn ich gemeinet habe. Q. d. Prius eſt inuenta filia, quam uellem. Noſtra) ſcilicet, filia Chremetis. Q. d. Numquam ſperaui futurum, hanc reperiri filiam Chremetis. Ita eſt) H. e. Si illa ſunt uera, quæ dicit de annulo. Eſt) ſcilicet, ut dicit Soſtrata. Illa) ſcilicet, anus. Renunciauit) ſcilicet, anus, cum debebat exponere puellam. Iuſſeram) ſcilicet, renunciauit. Q. d. Dicebat ſe expoſuiſſe. Olim) id eſt, cum dediſti filiam. Mulieris) ſ. anus. Quæratur) id eſt, inueſtigetur.

Philto-

Philtere) Est nomen ab incantando. Ipsa est) Hoc dicit audiente sene. Illa) id est, anus. Dolentis est. Perij) Ich bin Iung, vnd sol wol an Galgen kommen. Sostrata) Cupit plura interrogare & audire. Praeter) Vides adhuc senem esse iratum, & loquitur, ne omnino pergat in ista iracundia. Timui) Significat, quod fuerit in magno metu. Duro) id est, in exorabili, implacabili, non facili. Tollenda) id est, filia. Das du befohlest die Tochter vmbzubringen. Non) Sententia grauis & elegans, ut quimus, non ut volumus. Sinit) Wenn es sich nicht leiden wil, wenn er nicht darzu hat. Res) id est, locus, opportunitas, wenn es sich nicht schicken wil. Esse) id est, thun/ wie ers im sinne hat. Nunc) Applicat ad suam sententiam. Est) id est, ita postulat. Cuipiam) Quia iam sum auctus diuitijs. Olim) scilicet, cum iussi exponere filiam. Minus) s. cupiebam. Locus communis hic obseruandus est, quod uoluntas hominum fortunae & conditioni rerum attemperanda sit.

ARGVMENTVM IOHAN. STIG. IN ACT. IIII. SCEN. II. Nisi me, &c.

SYrus intelligens inuenta atq; agnita Antiphila se à ratione susceptj consilij excidisse, animo deliberat, & aliud nouum quærit consilium extorquendæ pecuniæ. Est autem ingeniose descriptum astutißimi serui ingenium, ut ostendatur insitum no-

bis à natura esse, ut in malis fere simus ingeniosiores, quam in bonis. Et obseruandum est plerunq; fallere mortales etiam astute agitata ac mita consilia.

ALIVD CASP. CRVCIG.

HAEc Scena est generis Deliberatiui. Syrus enim intelligens suum consilium de fallendo hero impeditum esse cognitione Antiphilæ, admodum in ea re est anxius, maxime cum non uideat aliquem euentum. Sed tamen ne ipse secum pugnet Syrus, quod ad eius naturam attinet, statim erigit se inueniens rationem de integro diligentissimam, in qua etsi uidet multa non conuenire, nec respondere, tamen ad extremum sibi ipsi persuadet nullum fore dubium de argento auferendo à sene.

ALIVD M. AMBRO.

MIrabiliter Syrus, qui hactenus diligentissimus fuit in fallendo sene, ipse tandem fallitur in suo consilio, posteaquam Antiphila cognoscitur Chremetis filia. Hac sola re ita dubius fit seruus, ut omnes consilij rationes perturbentur, nec iam uidere potest, quomodo consulat suis & Clitiphonis rebus, quas uidet ut maxime periclitari. Sed tamen, ne omnino desperare uideatur, nouam quandam init rationem de extorquenda pecunia. Continet itaq; hæc

Scenâ

Scena ὠλίτασιν consiliorum Syri, in qua obseruanda est consultatio & anxia disputatio animi uersantis in multis & uarijs cogitationibus. Item sunt obseruandæ crebræ metaphoræ, seu translationes, quibus hæc Scena mirabiliter ornata est.

ALIVD EIVSDEM.

INtelligit seruus suum consilium non procedere ex sententia, & quiddam subesse periculi propter inuentam Antiphilam. Quare discrutiatur animo, & inter eundum disputat secum, quid fieri maxime oporteat. Etsi autem quasi desperet de argento, tamen seipsum tandem consolatur, ne dubitat futurum, quin in ea re aliquid feliciter peragi poßit, ideoq; posse emungi senem argento.

ALIVD EIVSDEM.

SYrus agnitione Antiphilæ perturbatus noua extorquendæ peccuniæ consilia init, estq; pulcherrima imago hominis anxiè cogitantis, ac deliberantis.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. IIII. Scen. II.

Nisi me, &c.

ITa hercle in angustum nunc meæ coguntur copiæ) Ex re militari est tracta Metaphora, & venn

man den Feind in einen holen weg treibet, das er weder ein noch auß kan. Cicero pro P. Quinto, qui hunc in summas angustias adductum putaret. Et in libello de amicitia, Contracta res & adducta in angustum, Es stehet hinden vnd forn mit mir an, Ich weiß weder ein noch auß.

Bolum tam subito mihi ereptum ex faucibus) Hoc est, Oportunitatem uel occasionem fallendi senis mihi esse ademptam.

Nihil est tam difficile) Locus est communis de diligentia adhibenda. Sic etiam Poeta inquit, Omnia conando docilis solertia uincit. Hesiod. μελέτη γὰρ ἔτορ ὄφελε, Hoc est, cura & diligentia auget opus. Aliâs, Nihil est tantopere ualidum ac robustum, quod non studiosa sedulitas beneficio tandem usa temporis, expugnet. Cicero 2. de Orato. Diligentia cum in omnibus rebus, tum in causis agendis plurimum ualet. Hæc præcipue colenda est nobis, hæc semper adhibenda est, hac nihil est, quod non assequamur, &c.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. IIII. Scen. II. Nisi me, &c.

HAEc Scena est referta Metaphoris, habetq; duos principales locos. Primum continet querelam, sua consilia non succedere, euentus non respondere consilijs. Secundus habet consultationem. Animus)

mus) Ist mir recht. Propositio, qua exponit periculum. Fallit) id est, nisi fallor. Aberit) id est, infeliciter mecum agetur, Es wird mich ein vnglück vbergehen / Mein hertz ist mir vber die massen schwer / Es wird mir vbel gehen. Q. d. Infortunatus sum. Ita) ἀλλοιολογία pro probatione, Nunc videor quasi destitutus militibus Hac re) scilicet, in inueniendo argento, Vel, Quare est inuenta Antiphila filia Chremetis, ich weiß nicht / was ich soll fürhaben. Meæ copiæ) id est, mea illa consilia me fallunt, Also gehen mir alle meine anschlege, den alten zu betriegen, hindersich. Oppido) id est, cito, ualde. Q. d. Omnia mea consilia sunt impedita. Coguntur) Est grauis sententia & similitudo sumpta à duce, qui est iam plane profligatus. Dicitur autem Prouerbium, de rebus perplexis & ad extremum periculum redactis. Enthymema est, omnia mea consilia sunt iam impedita, Ergo magnum imminet infortunium. Video) id est, prospicio, inuenio, excogito, Erdencke. Q. d. Nisi reperiam consilium. Senex) scilisset, Chremes. Hanc) scilicet, Bacchidem. Gnati) id est, Clitiphonis. Q. d. Oportet me cogitare de aliquo Stratagemate. Nam) Expolitio periculi, nempe, hac cognitione Antiphilæ consilia sua euersa esse, ita ut nulla spes restet obtinendi argentum. Sperem) id est, possim sperare. Potentialis modus est. Argento) s. auferendo, aut emungendo à sene, quod dandum est Bacchidi. Postulem) id est, possim postulare. Potentialiter dictum est, instituam, In sinu nemen. Fallere) id est, senem.

Nihil est) id est, frustra est, Es ist verlohren, Euentus stultorum magister est, teste Liuio. De priori enim consilio desperat. Triumpho) id est, uincо, Ich wil vnserm HErrn Gott dancken, Præclare mecum agitur, Ich wolte gewunnen haben. Abscedere) scilicet, fugiendo Clitiphonem. Tecto latere) id est, absconso. Q. d. Sine aliqua magna læsione, Keme ich nur vngeschlagen daruon/ vnnd mit ganzer haut. Tecto, est adiectiuum. Latere uero substantiuum. Sumit autem similitudinem à gladiatoribus, qui cum congrediuntur, hoc agunt, non ut auferant uulnera, sed ut aduersarijs infligant. Latere) id est, impune. Philip. Melanch. putat latere non legendum esse pro infinitiuo, sed pro nomine casus ablatiui. Q. d. Loco occulto. Triumpho) pro, triumphabo, hoc est. Lætus ero, Serio triumphat. Hoc est, Superbit ob eam rem, quod talem habet amatorem, putat se multos uicisse.

Crucior) Q. d. Doleo. Indignantis est, Est ingens dolor animi. Bolum) scilicet, meum consilium, quo putabam me posse fallere senem. Sumpta est translatio ab animalibus. Vide Prouerb. Eras. Bolum uocat, quod Græci βλωμὸν, id est, morsum. Einen bissen. Q. d. Doleo tam bonam & insperatam occasionem à manibus elapsam. Quid agam) Consulatio per ratiocinationem. Quid) scilicet, consilij. Hic incipit esse admirabilis seruus Syrus, cuius callidissimis consilijs neutiquam respondent euentus, ut sibi ipsi placuerit & placeat. Sic astutissima consilia

fere

ferè fallunt mortales. Orditur autem consultationem à dubitatione. Commiſcar) id eſt, confingam, excogitabo de inueniendo argento, quid noui inueniam. Ratio) id eſt, conſilium, aut inueniendorum conſiliorum, Ich muß meine rechnung auffs new machen, Non ſuccedunt mihi mea conſilia, Ich muß ein ander mittel drein treffen. Cicero libro 4. Epiſtol. Quæ ratio nobis ſit iucunda, non agendi aliquid &c. De integro) id eſt, denuo q. d. Oportet me nouam uiam comparandæ pecuniæ excogitare. Nihil) Ratio à ſententia generali ſiue prouerbio. Virg. Improbus labor omnia uincit. Difficile) Noema maxime ualens contra deſperationem. Deus enim admonenti manum opitulatur. Ratiocinatores, Rechenmeiſter. Rationales libri, Regiſter, quaſi dicat, Ego noua conſilia inſtituam, Ich muß die Rechnung noch ein mal vberſchlagen. Difficile) id eſt, arduum, magnum. Quærendo id eſt, magno ſtudio, labore, opera. Quid) Ratiocinatio ſeu Dialogiſmus. Sic) ſ. ad fallendum ſenem. Nihil eſt) id eſt, hoc modo nihil promouco, Es iſt nichts/die rechnung thuts nicht. Quid ſi ſic) id eſt, aliquid excogitarem, inciplam, egero. Tantundem) quaſi dicat, nihil efficiam. Opinor) ſcilicet melius erit, aut, me effecturum aliquid. Dialogiſmus eſt acuti ingenij. Non poteſt) Ich muß es wider auff heben. Imo) Correctio & concluſio. Optime) ſcilicet, fieri poteſt. Euge) Lætantis. Optimam) ſ. rationem fallendi, hoc mihi placet conſiliũ. Retraham) ſcilicet, illo conſilio, aut illa

vatione. Fugitiuum) id est, quod me tantopere fugit, Das Geld / das ich lange nicht habe können zuwegen bringen, Q. d. Quod non superioribus consilijs confeci. Est autem Metaphora sumpta à seruis fugitiuis.

ARGVMENTVM IOHAN. STIG. IN ACT. IIII. SCEN. III.

Nulla mihi, &c.

PRior huius Scenæ pars continet lætitiam Cliniæ ob agnitam Antiphilam. Posterior continet consilium Syri, quo uix & ægre persuadet Cliniæ, ut Bacchidem abducat à Chremete, assimulans suam esse amicam. Exprimitur enim uehementioris læticiæ affectus in adolescente, eoq; amante. Cum enim sit lætitia gestientis animo ob præsens bonum subita ac uoluptaria elatio, ut Cicero uocat, mirum non est, si eo affectu uehementius laboret adolescens, & is quidem amator, cum & adolescentiæ & amoris proprium sit animi non posse gubernare impetum, ut ille inquit, Rapitur uaga & inconsulta iuuentus, & alius. Non quid doceat uidet ullus amor. Porro hic animi affectum uel motus nulla naturæ ui, sed tantum opinione suscipitur. Itaq; sciamus resistendum esse affectibus rationi non obtemperantibus. Sunt enim affectus perturbationes animi ac morbi, qui uerbi cognitionem impediunt, nisi à recta ratione gubernentur, ut Boetius inquit lib. 1.

Tu

Tu quoq; si vis
Lumine claro
Cernere verum
Tramite recto
Carpere callem.
Gaudia pelle
Pelle timorem
Spemq; fugato,
Nec dolor adsit
Nubila mens est,
Vinctaq; frenis
Hæc vbi regnant.

In Syro etiam obseruanda est animi impatientia. Nam etsi se magnifice effert ad paulo prosperiorem consiliorum opinionem: tamen mox fallitur, nec respondet opinioni euentus. Non absurde huc referas illud:

Nescia mens hominum fati, sortisq; futuræ,
Et seruare modum rebus plerunq; secundis.

ALIVD D. CASP. CRVCIG.

IN hac Scena Clinia ipse suam Catastrophen absoluit. Sed quia in eadem nascitur Epitasis alterius partis in fabula: ideo hic seruus certam consultationem apud Cliniam prosequitur, ut occurrat periculo Clitiphonis. Et à Clinia petit, ut Bacchidem secum

auferat in sui patris ædes. Sed quia non conueniebat, ut Clinia præter suam amicam, etiam alteram ad patrem adduceret, ut ille alienam mulierem sumptuosam suæ domi aleret. Ideo seruus fidens sua astutia audax consilium dat, ut nihil fallat patrem Clinia, sed aperte dicat hanc esse amicam Clitiphonis. Atq; hic seruiliter exultat de sua astutia Syrus, quod etiam uera dicendo nouerit herum fallere.

ALIVD M. AMBRO.

Postquam audiuit Clinia suam Antiphilam esse filiam Chremetis, fit lætissimus. Nihil enim dubitat, quin approbaturus sit pater tales nuptias. Exponit itaq; in hac Scena ingens illud gaudium, quod ex ea re conceperat. Interim uero Syrus maxime sollicitus obuiam factus adolescenti cœptam consolationem prosequitur, sollicite rogans Cliniam, ut periclitanti Clitiphoni occurrat, neque deserat in summa necessitate. Id autem orat, ut Bacchidem amicam Clitiphonis secum abducat in patris sui ædes. Hanc petitionem serui nondum absolutam Clinia interturbat omnino gestiens gaudio, qui nihil motus omnibus uerbis Syri pergit felicitatem sui amoris commemorare. Tandem quia minime conueniebat, ut Clinia præter suam amicam etiam alteram adduceret, mulierem uidelicet sumptuosam. Syrus suæ astutiæ fidens omnino audax dat consilium, ut nihil fallat patrem Clinia cum Bacchide, sed aperte dicat & fateatur hanc ipsam esse

Clitipho-

Clitiphonis amicam. Hoc uero consilio inuento Syrus, seruiliter exultat de noua sua astutia, quod etiam uera dicendo possit senem fallere.

ALIVD EIVSDEM.

LAEtissimus nunc redditur Clinia hoc audito de amica Antiphila, quod inuenta sit filia Chremetis, ad quam subitam lætitiam declarandam pluribus uerbis utitur apud Syrum, à quo admonitus de caussa Clitiphonis, ne pater resciscat Bacchidem amicam esse filij, nihil admodum sollicitum se ostendit præ nimio amore, Tamen multis tandem persuasis hoc facit in gratiam Clitiphonis, ut simulet in præsentia Chremetis, Bacchidem suam esse amicam, Quod ideo facit, ut error senis magis confirmetur, & magis ridiculus fiat.

ALIVD EIVSDEM.

IN hac Scena est principium Catastrophes amoris Cliniæ, qui posteaquam intellexit Antiphilam inuentam esse filiam Chremetis, fit lætissimus, nihil dubitans, quin eam sit habiturus uxorem honeste, & cum bona uoluntate patris. Is difficulter tandem persuadetur à Syro, ut in præsentia Chremetis adhuc simulet Bacchidem esse suam amicam. Metuit enim seruus, si resciuerit Chremes, eam esse amicam sui filij, ne se turpiter in auferendo ab eo argento det.

ANNO

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. IIII. Scen. III.

Nulla mihi, &c.

HVic equidem consilio palmam do) *Supra in Eunuch. Act. 5. Scen. 4. Id uero est, quod mihi puto palmarium, &c. Et infra in Prologo Phorm. Palmam esse positam. Cicero lib. 2. de Orato. palmam deferre dixit.*

Quid? (malum) me tandem censes velle id assimularier) *Bembus, Quid malum? me ætatem censes uelle id assimularier.*

Da te mihi) *Supra in Eunuch. Mihi sese dare. Infra etiam in Adelph. Da te hodie mihi. Cicero 2. Epist. Da te homini, complectitur scio. Et in Epist. lib. 4. Da illæ mortuæ, &c.*

SCHOLIA QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. IIII. Scen. III. Nulla, &c.

OCcasio Catastrophes rerum Clinie est, quod Antiphila sit inuenta filia Chremetis, & fingitur adolescens plane alius esse factus. Quia antea nemo tristior erat illo adolescente. Maior uero affectus uincit minorem, Sic gaudium in Clinia uincit tristitiam. Prima pars huius Scenæ est imago & descriptio animi, qui est in magna lætitia constitu-

tus.

eius. Secundus locus continet petitionem, & intercedit pro Clitiphone, ut abducat Bacchidem, eamq; suam esse amicam adhuc simulet. ἄλλως. Hæc Scena est generis Deliberatiui, Quia eius finis est actio. Argumentum sumptum est ex loco honestatis, Amicis est consulendum, Clinia est tuus amicus, Ergo debes ei consulere. ἄλλως. In prima parte huius Scenæ nimia Cliniæ lætitia exprimitur, propter felicitatem quæ subito obuenit, scilicet, de recognita Antiphila filia Chremetis. In altera parte, quæ est generis Suasorij, Syrus Cliniæ persuadet non sine difficultate, ut cum res illi ex animi sententia successerit, amico quoque operam dare uelit, & ad paruum tempus amorem Clitiphonis cælare simulando, quod Bacchis sit sua amica. Nulla) πάθος gratulantis sibi ob insperatam felicitatem, estq; egregia descriptio, quomodo in rebus secundis homines nesciant seruare modum. ἄλλως. Exordium continet πάθος iuuenilis læticiæ in rebus secundis, q. d. Sum in maximo gaudio. Posthac) id est, deinceps. Interuenire) Zu handen stossen. Supra in Andria dixit, intercedere. Afferat) id est, perturbet hoc gaudium, Das mir die frewde möchte hinweg nemen. Interuenire) id est, accidere, begegnen / sich zutragen. AEgritudinem) id est, tristiciam. Oborta) Die mir jetz widerfahren ist / oder auffgestanden. Ab oborior. Lætitia) Ratio ridicula. Est autem imago animi, qui nimium est occupatus lætitia. Dedo) id est, Trado me in potestatem patris. Consiliũ & honesta de liberatio.

tio, Ego uolo omnia facere ex nutu mei patris, Ich wil meines Vaters eygen sein. Frugalior) id est, temperantior, Meßiger / eingezogner. Vt sim) Causſa. Vult) id est, cogitat, Ich wil ihm so sehr gehorsam sein, ut non poßit habere occasionem me reprehendendi. Nihil) Seruus fingitur adesse, ne sermo totus sit adolescentis. Ideo Poeta affingit seruum, ut adolescens rem ordine narret. Fefellit me) id est, mea opinio, quasi dicat. Hoc prædixi futurum, non sum falsus, Es ist mir im sinn gelegen vnnd geweſen. Cognita) id est, Antiphila. Huius) id est, Clinicæ Audio) .i. intelligo. Istuc) Gratulatio, ut postea habeas occasionem quo intercedat pro misero Clitiphone. Præcipue autem sua causſa. Sententia) Nach deinem wunsch vnnd wolgefallen, quasi dicat. Gratulor tibi istam felicitatem. Lætor) scilicet, quod habeas iam puellam istam, quam desideraſti iamdudum. Audistin') Haſtu was daruon gehöret. Quid ni) s. audiſſem. Affirmantis est. Præscindit autem longam narrationem. Vsque) s. semper, Ich weiß es alles mit einander. Cui) Amplificatio sui gaudij per collationem, Nemini unquam tam commoda res accidit. Nulli) s. euenit commode quicquam.

Atque) iurantis formula est. Illius) s. Antiphilæ. Est breuis laudatio, cum dicit esse dignam honore. Ostendit enim quibus uirtutibus esse præditam. Credo) scilicet, bene dignam esse honore. Assentientis est. Age) Hortantis est. Sed) Propositio petitionis, sed ea perturbatur ab adolescente gestiente

te gaudio. ἄλλως. Hic locus est generis Suasorij Propositio generalis sumitur ex disputatione de Officio amici. Non solum nobis, sed etiam amicis prodesse debemus. Amici) scilicet, Clitiphonis. Da mihi) id est, fac, quod peto, Leiste mir auch eins zugefallen. Res) scilicet, Adiuuandus est quoq; amicus ne quid illi incommodi accidat. Exponit petitionem ab honesto & debito. In tuto) Si semper in rebus secundis animus excellens superbia atq; ferocio augescit nobis & crescit, lætiaq; nimis luxurioſe euenit, nec putamus, quid aduersi interuenire posse, quod secundas res contaminet. Collocetur) Locus communis est, quod ueri amici sit officium, ut alterius res æque atq; suas saluas cupiat. Ne) Dicit, quomodo sit amico succurrendum. Senex) scilicet, Chremes resciscit. Quia prius libenter uolo emungere argentum. Amica) scilicet, cognoscat de Antiphila. Iuppiter) Exclamantis præ magna lætitia. Quiesce) id est, noli sic clamare, Höre auff / was ists / das du so schreyest. Antiphila) Commemorat suum gaudium. Mea) scilicet, dudum expectata. Nubet) Quia inuenta est filia Chremetis. Nubere est mulierum, & regit Dativum. Ducere uero est uirorum, & adsciscit Accusativum. Interloquere) Kanstu mir nicht antworten, ad meam petitionem. Sunt uerba irati serui. Q. d. Quæ sunt ista, quæ nihil ad propositum. Supra in Andria, Act. 5. Scen. 4. Itane uero obturbat? Quid faciam) Honesta excusatio, & transfert culpam in gaudium. Syre) Placantis est. Q. d. Wiltu zornig

ſein. Faciam) Soll ich weinen. Gaudeo) id eſt, abundo lætitia. Ich bin voller frewde. Ferme) id eſt, patere, tolera, Habe gedult mit mir. Interloqui eſt loquentem interturbare uel impedire. Faciam) Excuſatio conſtans Enthymemate, ferendi ſunt patienter, qui gaudio uel alio affectu impediti ſunt. Ferme) Tolerandus eſt, qui ex amore deſipit. Fero) id eſt, habeo patientiam quanquam inuitus.) Veto) Ironia. Deorum) Concluſio propoſitionis, Gaudeo, beatus ſum. In cœlo ſum, inquit Horatius, Ich bin im Himel. Eſt prouerbialis hyperbole, quaſi diceret, ſecuram ago uitam. Adepti) Noema. Sumo) id eſt, laboro, Ich vnterſtehe mich des vergebens, ut mihi auſcultes & præſtes officium. Fruſtra) Verba ſunt irati ſerui. Operam) Q. d. Fruſtra illum rogabo pro Clitiphone, Das er jhm ſoll beyſtehen. Deorum) Locus communis eſt, quo adoleſcentes non poſſunt frenare affectus animi ut hoc loco Clinia neſcit ſeruare modum lætitiæ. Ages) id eſt, non audies me, huc non aduertes animum. Q. d. Non habebis animum attentum, redibis ad ingenium tuum. Agam) id eſt, audiam. Videndum) Repetitio propoſitionis generalis, quæ explicatur per ſpecialem. Q. d. Rogo, quemadmodum antea quoque feci. Amici) ſollicet, Clitiphonis, Du muſt dem armen Geſellen auch herauß helffen.

Nam) ἀιτιολογία à ſecuturo malo, niſi cæleret ſenem amorem Clitiphonis. ἄλλως. prima ratio ab incommodis & periculis. A nobis) i. ex noſtris

ſtris ædibus. Nomen perſonæ pro nomine rei. Abis) ſcilicet, *ad noſtras ædes.* Bacchidem) *ſ. ſolam.* Hic) *ſcilicet, in ædibus Chremetis.* Noſter) *ſ. Chremes.* Hanc) *ſcilicet, Bacchidem.* Abduxeris) *ſ. tecum Bacchidem. Altera ratio à commodo.* Abduxeris) *ſ. in ædes patris.* Cælabitur) *ſ. res Clitiphonis.* Itidem) *ſcilicet, ſimiliter.* Adhuc) *ſcilicet, adhunc uſque diem.* Cælabitur) *ſcilicet, eſſe amica Clitiphonis.* At enim) *Confutatio à periculo, & negatio, quod non uelit facere.* Iſtoc) *ſcilicet, ſi abduxero mecum Bacchidem.* Appellabo) *ſ. tuo conſilio. Ablatiuus eſt. Q. d. Hoc conſilium prodeſt quidem Clitiphoni, ſed meas nuptias impediet.* Appellabo) *ſcilicet, ueniens domum* Erwird mich zum hauſe hinauß ſtoſſen. Quo ore) *ſ. qua confidentia,* &wie darff ich ihn einen Vater nennen, &wie ſoll ich ihn anreden. *Sic dicimus, quando aliquid pudendum commiſimus.* Appellabo) *ſ. duxero Bacchidem.* Patrem) *ſ. de Antiphila mihi danda.* Tenes) *i. intelligis meam ſententiam.* Quid ni) *ſ. intelligerem,* Ich verſtehe es wol. *Vide prouerbium, Pudor in oculis.* Quid dicam) *Confer cum hoc loco illum, qui eſt in Andria in oratione Simonis Act. 3. Scen. 3. & confutationem Chremetis in Andria Act. 5. Scen. 1.* Quid ni) *ſ. quare non intelligo.* Afferam) *ſ. ut Antiphilam retineam.* Cauſſam) *ſ. excuſationem.* &was für eine entſchuldigung ſol ich für wendē. Nolo) *Aſtutum conſiliū ſerui, cui non reſpondet euentus.* Mentiare) *ſ. apud patrem,* Du ſolt dem Vater keine lügen ſagen. Quin) *Corri-*

gentis est. Aperte) id est, clare. Narratio) id est, patri interrogatus. Quid ais) Admirantis. Iubeo) scilicet, ut aperte narres, ut uerum dicas, Es ist meine meinung. Illam) scilicet, Antiphilam. Velle) id est, cupere. Hanc) scilicet, Bacchidem. Bonam) Tacita ironia à difficili. Oppido) pro ualde. Nostrum) scilicet, Chremetem. Cælet) s. illam rem de Bacchide. Scilicet) Ia warlich. Imo) Indignatur adolescenti, quod nihil uelit discere. Recta via) id est, aperte & sine ambagibus. Hem) Admonentis, confert contrarias serui sententias, ut resciscat senex, & hic dicit, ut resciscat. Satin') Expositio absurditatis. Illum) scilicet, Clitiphonem. Prodis) Sup. Act. 4. Scen. 1. Imo res Clitiphonis hoc modo non erunt saluæ. Qui) id est, quomodo. Ille) id est, Clitipho. Dic mihi) Bedenck es doch. Communicantis est. In tuto) wie kan er daruon kommen. Huic) scilicet, meo. Serio exultat, & non dubitat, quin sit optime successurum. Palmam) id est, hoc consilium præfero cæteris omnibus. Palma autem est signum uictoriæ, & per Methonomiam significat ipsam uictoriam. Do) πάθος serui exultantis & gratulantis sibi de astutia, sed frustra. Nam huic astuto consilio non respondet euentus, unde obseruandum est, optime cogitata pessime interdum cadere, sicut inquit Liuius & Seneca, Euentum consiliorum gubernat Deus. Effero) id est, ita in tali consilio, Ich erhebe mich hie stolz, Glorior, Ich rhüme mich des. Palmam do) id est, laudo hoc meum consilium, Das ist sonderlich/das ich hie zu loben ha-

ben habe. Ambos) id est senes. Hic se magnifice effert. Er hielt viel von ihm selbs. Qui vim) Das ich so gewaltig bin. Seipsum admiratur. Sic autem fit in rebus humanis, persuademus nobis multa de nostris astutis consilijs, putamus nos palmarium reperisse, sicut supra in Eunucho seruus dicit, sed euentus sæpe fallit, qui est stultorum magister. Sunt tamen elegantes huiusmodi loci, sicut & Poeta ipse suam inuentionem laudat in persona serui. Vide infra in Phorm. Act. 4. Scen. 3. Vera) Q. d. Quia fateri mendacia non admodum est ars. Senex) id est, pater tuus Menedemus. Nostro) id est, Chremeti. Istam) id est, Bacchidem. Credat) Das ers dennoch nicht gleube.

At enim) Argumento ab officio amici opponit argumentum à sequenti incommodo, τὸ συμφέρον curaui. ἄλλως. Allegat iterum de suo incommodo & periculo. Istoc pacto) scilicet, ut dicam patri Bacchidem esse amicam Clitiphonis, & Chremes audiat à patre. Dnm) id est, dum modo. Me) pro, de me, uel mihi. Committet) Vertrawen. Supra in Andria, Se commissurum suam gnatam. Credet) id est, pater Chremes. Hanc) scilicet, Bacchidem. Illi) id est, Clitiphoni. Exaggerat periculum per collationem. Quid) Particula indignantis. Quid malum me tandem) pro me tandem interpres uidetur legisse ætatem. Sic enim exponit, Aetatem (inquit) posuit aduerbialiter pro diu & longo tempore, sicut supra dixit Terentius in Euuu. Iamdudum ætatem.

Plautus in Asi. Aetatem uelim seruire litatum, ut conueniam modo. Adsimulatrier) scilicet, ut credat pater tuus Bacchidem esse amicam Clitiphonis. Vnus) Q. d. Breuissimum tempus. Addit amplificationculam à circuinstantia temporis. Eripio) id est, à Chremete fallacijs meis. Pax) id est, tantummodo. Aduerbium hic secundo loco positum. Nam supra etiam habuimus Act. 2. Scen. 4. Amplius) scilicet, requiritur ad eam rem. Tantum) scilicet, dicis unum esse diem. Hoc) scilicet, amorem Clitiphonis. Resciuerit) s. te simulasse hanc esse meam amicam. Quid) s. quid times. Verba obiurgantis. Quid si) Prouerbialis sententia est de ijs, qui metuunt sibi, ubi nihil est timendum, &a ie wenn der Himel einfiel. Similitudo sumpta est ab ijs hominibus, qui erant adhuc rudes. Quid erant admoniti fabulis Poetarum. Atlantem cœlum suis humeris sustinere. Metuebant itaque ne cœlum rueret, si Atlas aliquando discederet. Agam) id est, incipiam. Potestas) Hoc argumento à facili persuadet adolescenti. Exoluas) id est, liberes à Bacchide. Ledig macheſt. Cicero lib. 7. Epist. 1. Palmam facias) s. de Bacchide, Bringe es an tag. Age) Consentientis uox. Optime) id est, tempestiue, Eben zu rechter zeit. Est Parasceue sequentis Scenæ.

ARGVMENTVM IOHAN. STIG. IN ACTVM IIII. SCEN. IIII. Satis pol, &c

PErsuaso Clinia, ut profiteatur esse suam amicam Bacchidem, periclitatur Syrus, dum Bacchidi conatur persuadere, ut ad Cliniam transeat, quod uix & ægre impetrat. Exprimitur autem meretricum fastus procacia, superbia, ac auaritia, quæ ex animo magis ad lucrum quam ad amorem prospiciente proficiscitur, & earum natura ideo sic describitur, ut intelligant adolescentes sibi à talibus monstris cauendum esse, quorum blanditiæ aliud nihil sunt, quam uiscus merus, ut Plautus inquit. Quod & Homerus lib. XII. Odisseæ significare uoluit sub nomine Syrenarum. Nam fingit eas blandissimo cantu transeuntes ad se uocare, ut allecti extrema dent exitia. Itaq; sic Vlyssem alloquitur:

Huc age Graiorum decus ingens fortis Vlysse
Verte ratem, blandoq; tene tua carbasa ponto,
Vt propius nostras possis aduertere voces. (das
Nemo etenim hac vnquã nigra rate præterit vn-
Quin nostras cupida prius audiat aure camœnas.
Plurimaq; experiens lætus, prudensq; recedit.
Scimus enim magna quæcunq; ad mœnia Troiæ,
Magnamini Iliades, forteq; tulere Pelasgi
Arbitrio superum scimus quæcunq; geruntur,
Quam late immensum describit circulos orbem.
Tales iactabant blanda dulcedine voces.

Sed Vlyssem fingit cera obstruxisse sociorum aures, & mandasse, ut se ad malum nauis alligarent, & nihilo minus nauem propellerent. Itaq; aufugisse

exitiosam Syrenarum cantionem. Qua in re haud dubie significare uoluit recta ratione ac labore uinci debere uoluptates, sicut ille inquit, Res age tuus cris. Per malum autem intelligas prudentiam & rationis iudicium, quod animi morbos debeat gubernare ac domare. Per socios surdis auribus propellentes nauem intelligas laborem mederi animi affectibus, qui contra honestatem suscipiuntur.

ALIVD D. CASPARIS CRVCIGERI.

VT Epitasis augescat, obiter aliud periculum obijcitur seruulo, ne Bacchis Clitiphonis amica impatiens moræ abeat. Ideoq; illam placare cogitur, ut eam retineat, & simul suum consilium exequatur, quod supra expositum, cum iubet eam traduci ad Cliniam.

ALIVD M. AMBRO

VIx magnis precibus Syrus impetrauit, ut Clinia Bacchidem in ædes sui parentis secum adduceret. Nunc uero iterum nouum obijcitur periculum. Bacchis enim, quam omnia ultro facturam existimauerat usque adeo difficilem se ostendit, ut uix audire uelit sermonem serui. Porro meretrix moræ impatiens abire cogitat. Seruus uero & uerbis & promissis illam placare studet, ut retineat, & simul exequitur

equitur suum consilium, ut quam primum traducatur ad Menedemum. Tandem re impetrata à Bacchide totum negocium Dromoni commendat, ut is traduci curet totam familiam Bacchidis ad Menedemum, ita futurum existimans, ut sine impedimento & commode fallat Chremetem.

ALIVD EIVSDEM.

EGreditur Bacchis admodum irata, quod non ultro rogetur, ut maneat apud Chremetem per aliquot dies, item, quod non accipiat pecuniam, cuius gratia uenisset. Cogitans autem, quomodo uicißim cum ipsum adolescentem, tum imprimis seruum ludere posßit, & omnino cogere ad pecuniam numerandam magno clamore & indignatione ancillam mittit ad militem, quæ nunciet dominæ suæ aduentum. Hoc uero audito seruus magnis precibus & pollicitationibus eam exorat, ut maneat atque expectet argentum. Item persuadet, quanquam ægre, ut statim eat ad ædes Menedemi, quo spacium habeat extorqueudi argentum à sene.

ALIVD EIVSDEM.

POllicitus erat Syrus Bacchidi decem minas, quarum spe facilius est passa meretrix se adduci ad Cliniam. Verum quia intelligit præter conuiuium & pollicitationes nihil quicquam sequi, egreditur

iratissima iniens secum rationem callidissimam, quomodo primum ludat Syrum, deinde eum cogat ad numerandum argentum, & ut uideatur rem seriam agere, mittit ancillam ad militem, qui misere orauerat eius noctem & multa pollicitus erat, cui certo nunciet aduentum Bacchidis. Hoc audito Syrus, qui est in magno metu, utcunq; exorat meretricem pollicitatione argenti, eiq; persuadet, ut interim cum pompa eat ad ædes Menedemi, ut habeat maiorem occasionem fallendi suum herum.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. IIII. Scen. IIII.

Satis pol, &c.

DOrmiunt) Infra in fine Phorm. Dum tu dormis, &c. Supra, In aurem utramuis ocioſe ut dormias. In Eunucho usus est uerbo frigere, Hic homines frigent. H. e. Parum curant res suas, oscitantes sunt, nihil de ullo malo solliciti. Nam in Andria ipse sic dixit, Interea oscitantes opprimi. Verbo, dormire, in eadem metaphora opponitur uerbum uigilare. Inde in Adelph. Vigilantiam tuam mihi narras. Notum est dicterium Ciceronis de Caninio, Vigilantem habemus Consulem, qui toto consulatu somnum non uidit. Cicero libro 2. Curionem frigere, iam calet.

Abi)

Abi) Bembus, pro abit, legit, ij, admonetq; hunc morem antiquorum in scribendo fuisse, ut, ij, pro, i, ut imperatiuo uerbi, Eo, dixerunt, sicut & infra ubi nostra exempla legunt, Hei quid stas lapis, ipse legit, Ei quid stas lapis.

Et tua pompa eò traducenda est) πόμπη, hoc est, pompa. Terentius in Heau. Tua pompa, eò traducenda est, hoc est, grex ancillarum, comitatus, Das grosse geschleppe. Cicero lib. 1. Offic. Vt similes pomparum ferculis uideamur esse, hoc est, statuis, aut tabulis, aliisq; signis, quæ triumphantibus præferebantur, ueluti uirtutis indicia & uictoriæ testimonia. Suetonium in Cæsa. Pontico triumpho inter pompæ fercula titulum prætulit, Veni, Vidi, Vici, citam & felicißimam uictoriam suam fuisse hoc titulo indicauit Cæsar, & quæ non fuisset cruenta. Liuius lib. 10. ab urb. cond. Spolia ducis hostium cæsi suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens, in capitolium ascendit.

Tu nescis, quod scis Dromo) Supra in Eunuch. Tu pol si sapis quod scis nescias.

SCHOLIA QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. IIII. Scen. IIII. Satis, &c.

HAEC Scena duabus partibus absoluitur. Prima est expostulatoria. Nam Bacchis expostulat cum Syro, quod promissum argentum reddere differat. Altera suasoria. Nam irata Bacchis ægre placatur

placatur à Syro, & persuadetur, ut transeat ad ædes Menedemi, estq; notandum in hac Scena, quod meretrix procax & sæua magis fuerit, quam leæna, præsertim cum stimulatur fame. Diligenter igitur Poeta describit pro decoro Comœdiæ auaras meretrices. Sicuti enim adolescentes capiuntur forma, sic meretrices capiuntur auro, iuxta illud Ouidij, Si nihil attuleris, ibis Homere foras. Ista autem nosse, salus est adolescentulis, ut cum semel norint, perpetuo oderint. Hic finis est, quod ille amor sit sollicitus, nec durabilis & perpetuus. ἄλλως. Exagitatur hic nimis Syrus seruus, ut fiat periculum maius, & ut maturet fallere senem. Satis) Exordium sumptum ab indignatione muliebri. Comminatur enim oblique se abituram, nisi conficiat argentum. Pol) Aduerbium iurantis. Proterue) Trutzlich/ künlich/ freuentlich/ vbermütig/ stoltz/ spöttisch/ hönisch. Huc) scilicet, Clitiphonem. Induxerunt) scilicet, bonis & magnificis uerbis, Ich habe mich mit prechtigen worten lassen vberreden / ihre verschmierte wort haben mich dahin bracht, hoc est, Rertraxerunt. Propositio, Syrus me egregie fallit. Ratio ab iniquo, Quia pecuniam promissam non persoluit, quod certe iniquum est. Decem minas) Per appositionem uidentur hæc cohærere, estq; ἀντιπτῶσις, pro, decem minæ. Construe igitur ita, promissa, quæ sunt decem minæ, Potest etiam esse Eclyptica oratio, pro, non numerando decem minas, h.e. Centum cronati me induxerunt. Quod) Dixit quod tantum quærat

pecuniam

pecuniam. Is) scilicet, Syrus. Deceperit) id est, non numerauit pecuniam, Fefellerit me Locus communis est, quod meretrices sunt uindictæ cupidissimæ. Vt veniet) id est, frustra me orabit, wie vergebens wird er kommen. Minatur primum, quod rogata non sit uentura. Aut) Aperit se totam Bacchis. Veniam) scilicet, ad Clitiphonem. Constituero) id est, certum tempus & horam. Secundo minatur, quod etiam si promiserit, tamen promissis non uelit stare. Constituero) Ich werde es mit jhm verlassen. Is) scilicet, Syrus. Renunciarit) s. hero suo Clitiphoni. Pendebit) id est, Soll vergeblich warten/ soll im zweiffel stehen, anxie expectabit, dubius erit animi, frustra expectabit aduentum, frustrabitur. Pendet pœnas) Tertio minatur, quod paratura sit Syro uerbera, si falso nunciarit de aduentu suo. Pendet) id est, uapulabit ad meam uoluptatem, in meam ultionem luet pœnas. Neutra sunt cognatæ significationis. Pœnas pendere est puniri, Straff leiden. Proprie significat aliquid examinare ad libram. Quia autem olim satisfiebat creditoribus libra, & pecunia redimebantur pœnæ, mansit hæc similitudo, unde pensio dicitur illa pecunia, quæ datur alicui pro re debita, aut aliqua magna caussa. Pendebit animi) Quædam construuntur aut cum Genitiuo, aut cum Ablatiuo, Pendere animi est uehementer excruciari, sehr bekümmert sein. Pendere est rapi in altum, & habet originem à uolatu auium. Tergo) Olim serui solebant loris cædi. Scire) id est, bene, liberaliter, hübsch

gnug.

gnug, multa pollicetur, Sie beut fein ſchlege auff, profecto comminatur aliquid. Facete dictum eſt. Promittit) id eſt, minatur pœnas. Græci dicunt ὑπισχνέομαι. Ironice iſta dicuntur. Hanc) id eſt, Bacchidem. Credis) Seruus intelligens ingenium ſcorti facile dat fidem uerbis. Faciet) id eſt, reuera uapulabo. Caueo) id eſt, prouidebo. Dormiunt) id eſt, Syrus & Clitipho ſint iam ſecuri, ſie gehen ſicher dahin, Grata eſt ſimilitudo, quæ indicat meretrices ad dolos excogitandos eſſe ingenioſiſſimas. Commouebo) Ich wil ſie wacker rud hurtig machen, excutiam eis ſomnum, ego excitabo eos ad tradendum argentum, aut decipiam eos. In Andria, Supra, Ego te commotum reddam.

Phrygia) Apoſtrophe ad ancillam, quæ nomen habet à regione. Pol) ſcilicet, ſi uiuam. Iam fingitur, quod mittat ancillam ad militem, de quo antea dixit. Homo) ſcilicet, miles. Charini) ſ. eſſe. Audiui) ſcilicet, eſſe domum Charini. Proximam) ſcilicet, uillam. Eſſe) ſ. audiſti. Curriculo) id eſt, uelociter & feſtinanter ſignifica militi me uenturam, Seume dich nicht lang/gehe eins lauffs. Miles) id eſt, meus amator, qui tam potens eſt. Eum) ſ. Charinum. Dionyſia) i. Bacchanalia, quibus adeſſe ſolent meretrices. Inceptat) Signum animi perturbati. Dic) ſ. militi. Hic) ſ. apud Clitiphonem. Magno clamore illa effert. Oppido) id eſt, ualde. Seruari) i. detineri, aut ſuſpcioſe obſeruari. Daturam verba) id eſt, eluſuram, decepturam, q.d. Per dolum me ſubducam

tam. Venturam) scilicet, in breui ad militem. Perij) Trepidatio serui, qui existimans rem seriam agi, progreditur ad Bacchidem, eamque rogat, ne abeat. Pacto) scilicet, quacunq; ratione fieri potest. Mane) Exorat eam magnis precibus & pollicitationibus, ut maneat atq; expectet argentum. Iube) Prima petitio, Noli mittere puellam. Maneat) Syrus reuocat Phrygiam. Quin) id est, imò. Vtitur eo argumento, quo sperat uenturam. Sumpto abutili, Quia sio promißis & argentum præsto adest. Quin ego) Repetit more iratorum uerba serui. Abi) Iterum inclamat, ut pergat ancilla. Dabitur) scilicet, argentum. Vt lubet) scilicet, Pulchre fingit Poeta, quod meretrix nihil curet hanc pecuniam. Iusto) scilicet, pro argento, Treibe ich, urgeo solutionem. Sodes) Blanditur Syrus. Quid) scilitet, uelim. Quid) Interrogatio iratæ mulieris. Transeundum) Altera petitio, Debes ire ad conuiuium. Pompa) id est, grex ancillarum, Das geschleppe, comitatus. Eo) s. ad Menedemum. Scelus) pro, sceleste, Was hastu für. Fingit nullum meretrix. Ego ne) s. rogas quid faciam. Argentum cudo) Ich schmiede Geld / Ich bringe Geld zu wegen, paro, conficio. Suetonius in Aug. Argenteum nummum percußit. Elegans est Metaphora sumpta à fabris. Putas) Ironia cum quadam comminatione. Illudas) id est, tuis uerbis. Temere) id est, non sine caussa magna est. Etiam) id est, antea fefelliſti me in ædibus Chremetis, nunc meis fallere hic s. apud Menedemum, aut, ante fores,

uel,

uel, in haere, ut ad Menedemum traducar. Minime) id est, mihi tecum res est. Reddo) scilicet, argentum.

Eatur) scilicet, ad domum Menedemi. Dicit. hæc uerba ad pedissequas, & est concedentis. Heus) Vocantis. Syrus) Vocat se. Rei) Was ist denn der handel. Traduce) pro, traduc. Mandat Chremetis seruo. Vos) scilicet, in ædes tui heri Menedemi. Propere) id est, celeriter. Quamobrem) Signum scurrilitatis. Huc) Δευκὸν est. Ferant) scilicet uestes, aurum. Senex) id est, Chremes. Harum) scilicet Bacchidis & ancillarum. Leuatum) gehindert sein. Næ) Affirmandi Aduerbium est. Noematicum dictum est, quasi dicat, Chremes persoluet argentum ex fallacia Syri, quod erit maius damnum, quam si mansisset meretrix. Damni) scilicet, ob centum coronatos, quibus defraudatur. Nescis) Was dich nicht brennet / das leschet auch nicht, quasi dicat, Serui non debent esse loquaces, multa debent scire, sed pauca loqui. Sic apud Plautum, Plus scire oportet, quam loqui, seruum hominem. Si sapias) id est, si uis facere, quod deceat seruum. Nescias) Thue alß wissest nichts drumb. Vide Prouerbium. Mutum dices) i. egregie tacebo, Ich wil wol schweigen. Promittit taciturnitatem, quæ est rara uirtus in seruis.

ARGVMENTVM IOHAN. STIG. IN ACT. IIII. SCEN. V. Ita me Dij, &c.

Tandem

TAndem sortitur effectum Syri de fallendo Chremete consilium. Fingit enim se inuenisse fallaciam, quam intendat in Menedemum, ut præscripserat Chremes, & tamen alia ratione persuadet Chremeti, ut argentum numeret. Vt autem in prima huius Comœdiæ Scena, ita & hic sub Chremetis persona boni ac sinceri amici officium describit. Dolet enim amici Menedemi uicem, eiusq; rebus cupit prospicere etiam fallacia quadam. Sed illud cum pulchrum, tum maxime ridiculum est, quod ille foris nusquam non sapit, suo ipsius consilio deceptus sibi damnum affert. Quod ut manifestius ponatur oboculos, ipsum in Scenam ridicule producit. Ita in rebus humanis falluntur homines etiam prudentissimi, licet sua consilia accuratissime ponderent ac considerent, idq; fit consilio quodam Dei singulari, qui cum rerum necessitatem ac contingentiam solus diuina prouidentia disponat, atq; gubernet, impedit nonnunquam humanorum consiliorum confidentiam, ut uerum illud dicatur, Homo proponit, Deus disponit. Item, Sapientia huius mundi est stulticia coram Deo. Sic fefellit Pompeium (ut de aliis innumerabilibus exemplis taceamus) bellum contra Cæsarem susceptum. Quia suis uiribus, ac propriæ prouidentiæ opinioni confidebat futurum prosperiorem euentum. Ita fit, ut hominibus plerunq; mala accidant ob propriam confidentiam, qua Deo derogant diuinam potestatem, ut sapienter inquit Homerus lib. 1. Odyss.

Superis iniurius omnis
Est homo, turbatæ futura pericula vitæ
Reiicit in Superos, quæ sic labentia fato
Moribus ipse suis, at improbitate meretur.

ALIVD D. CASPARIS CRVCIGERI.

Posteaquam seruulus secum deliberauit, qua arte senem fallere uelit, ut argentum conficiat, nunc ad rem ipsam accedit, ac mira calliditate senem aggreditur, cum exponit, quam fallaciam excogitarit ad fallendum Menedemum, & quamuis res tota de Clinia uera esset, ac serio ageretur, tamen ita narrat, ut senex pro ficto habeat, quasi res sit sic composita ad Menedemum fallendum. Ac ut ipse Chremes sic præmonitus, postea non credat Menedemo serio istud narraturo, itaq; cum sene sic agit seruus, ut sine mora argentũ auferat, neq; intelligit se ipsum sic circũuenire.

ALIVD M. AMBRO

HActenus Syrus uarie deliberauit, qua arte tandem posset fallere Chremetem, & conficere argentum. Nunc accedit ad ipsam rem petens senem mira calliditate, cui totum negocium de Bacchide, de filia inuenta, item de pecunia pluribus exponit. Sed ita tamen, ne senex intelligat se peti, sed maneat in isto errore, quod tota res composita sit ad fallendum se

nem,

nem, Menedemum scilicet, in quo errore postea ita pertinaciter hæret, ut admonitus à Menedemo nihil credit sibi intendi fallacias. Cæterum Syrus inter narrandum mira arte utitur, concedit Chremeti hoc, quod displicet de nuptijs inuentæ filiæ cum Clinia, & simul tamen persuadet ut argentum numeretur, pro quo fingit filiam oppignoratam esse Bacchidi. Ita prudens & sciens senex argento emungitur, qui plane idem esse hic describitur, qui fuit in prima huius Comœdiæ parte. Miseretur enim & hic Menedemi uicini sui, maxime dolens illius uicem, propterea quod credit errore quodam Bacchidem amicam esse Cliniæ.

ALIVD EIVSDEM.

PErgit seruus confidenter, etsi iam sæpe sit impeditus, herum suum adoriri, & argentum per fallacias ab eo extorquere. Vtitur autē ad eam rem magno studio ac calliditate, atq; ita uerisimiliter narrat omnia, ut sancte credat Chremes tantum agi de Menedemo fallendo. Interim uero ipse miris technis persuadetur à seruo, ut argentum numerare cogitet, quod dandum sit Bacchidi.

ALIVD EIVSDEM.

OMnia sua consilia, omnes item dolos Syrus seruus eo refert, ne Chremes intelligat Bacchidem esse amicam sui filij, ut per eam occasionem sine periculo emungat argentum à sene, et meretriculæ sa-

tisfiat. Quare in Scena Chremetem serio adoriri incipit, sed magna calliditate, in qua re utitur narratione fere simili de Bacchide & de Antiphila, quam uxorem expetit Clinia additis rationibus persuasibilibus, ut non grauatim reddat argentum Bacchidi, pro quo filia erat relicta arraboni ab anu Corinthia. Verro ante sermonem Syri, ut agnoscatur Chremes esse sui similis, hoc est, qui melius uideat aliena, quam sua, ponit breui querela, quantopere doleat uicem Menedemi, cui maximi nunc erunt sumptus faciendi inutiles propter filium amatorem.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE Messeni in Act. IIII. Scen. V.

Ita me Diũ, &c.

Dictum ac factum reddidi) *Infra*, Dictum factum hoc reddidi. Et *supra in And.* Dictum ac factum inuenerit aliquam causſam, quamobrem eijciat oppido.

Quin tibi caput demulceam) Exemplum Comicæ moræ, Vide Quintil. lib. 10.

Ius summum sæpe summa malitia est) Hanc sententiam repetiuit Cicero libro 1. Offic. ubi de fraude seu Sycophantia disputat. Existunt etiam iniuriæ sæpe calumnia quadam & nimis callida sed malitiosa interpretatione, Ex quo illud, Summum ius, summa iniuria, factum est iam tritum sermone prouerbiali, Columella eandem sententiam sic

extulit,

extulit, Summum ius, summa crux. Aristoteles uocat summum ius ἀκριβοδίκαιον. Opponitur autem summo iuri ἐπιείκεια, hoc est, æquitas, non exacta aut stricta iuris interpretatio. Cætera uide in disputatione Ciceronis.

Omnes te in Lauta, & bene aucta parte, &c.) Infra in Adelph. Tam maxime uos æquo animo æqua noscere oportet, si uos uultis perhiberi probos.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. IIII.

Scena V. Ita me, &c.

HAEC Scena est generis Suasorij. Primum argumentum sumptum est ex honesto, Summum ius sæpe summa malicia est. Secundum sumitur ex collatione personarum & facultatum. ἄλλως. Hæc Scena habet ὑπόθεσιν. Exponitur enim hic, quomodo argentum, quod meretrici adolescens debeat, ex Chremete seruus recipiat. ἄλλως. Exemplum est illustre narrationis. Primum autem præmittitur de errore Chremetis. Ita) Querela seu propositio, quæ continet quod Chremes afficiatur miserijs Menedemi. Dij) Gott der weiß es. Miscret) Es thut mir von hertzen wehe. Vicem) Das es ihm so vbel gehet. Mali) scilicet, quod ita natus sit ad ferendas miserias. Ad eum) scilicet, uicinum. Locus communis est ueri amici & uicini officium esse, ut doleat uicem alterius. Illancine) Prima ratio propositionis, quod

Bacchis ſumptuoſa mulier ſit nunc in eius domo, & de gatur de pecunia, & ita exponit malum, de quo prius dixit. Mulierem) id eſt, Bacchidem, quæ eſt ſumptuoſa. Familia) .i. cum grege ancillarum, q. d. Quomodo eſt poßibile, ut ille ſolus alat hanc Bacchidem. Eſt enim oratio Elliptica. Etſi) Occupatio, Aliquot diebus æquo animo feret iſtos ſumptus. Sentiet) id eſt, incommodum, Er wird den ſchaden nicht fühlen etliche tage. Deſiderio) id eſt, tantopere deſiderauit filium, Alſo ein groß verlangen hat er nach ſeinem Sohne gehabt. Rationem occupationi addit exreditu filij, quem diu abſentem expetiuit. Tantos) Das ihm alle tage ſo viel auffgehet, Das ſo groſſe vnkoſt teglich in ſeinem Hauſe geſchehen. Videbit) ſcilicet, Menedemus, Wenn er wird inne werden. Modum) ſcilicet, in ſumptibus, Vnd iſt des keine maß. Tantos) Amplificat ſumptus à magnitudine & diuturno tempore. Syrum) Lætantis eſt, Non enim exiſtimat ſe peti. Optime) id eſt, in tempore uenientem. Ceſſo) Statim ſignificat quid in animo habeat. Hunc) ſcilicet, meum herum. Adoriri) id eſt, ex inſidijs & de improuiſo inuadere, ſeu aggredi, q. d. Callide cum eo agere, quaſi ex inſidijs & graſſatorum more, Liſtiglich anzugreiffen / oder anzureden. Metaphora ſumpta eſt à re militari & latronibus. Syre) Vocantis. Hem) Lætantis Interiectio. Vultu autem ſignat, ſe nihil tale facturum. Quid eſt) ſ. quod tam lætus ſis.

Te mihi) Exordium continet captationem

benæ-

beneuolentiæ sumptam à uoto suo, idq; facit, ut senex nihil mali cogitet de fallacijs serui. Dari) scilicet, ut fieres mihi obuiam. Caussa suæ læticiæ. Sene) scilicet, Menedemo. Videre) scilicet, uideris mihi. Nescio) Ich kan es nicht errathen. De illo) scilicet, rogitas. Dudum) scilicet, mandasti, Locus est docilitatis. Dicit enim, nihil esse prætermissum in illo negocio curando, & quia scit seruus dominis gratam esse seruorum in negocijs conficiendis promptitudinem, propterea uult se hac formula loquendi in sui heri animum insinuare, quod probe ac celeriter omnia, quæ mandauit, confecerit, Er habe es alles balde vnd schleunig außgerichtet/das nichts vergessen sey bliebē. Prouerbialis est autem figura sumpta à Græcis ἐξεχθὲς καὶ πρωχθὲς. H.e. Celeriter dixi ac feci. Quando enim significare uoluerunt festinationem, usi sunt ista formula. Bona fide) s. confeciſti, uel, dicis illa. Hercle) Affirmantis, q.d. Ego confeci celeriter, Du magst mir wol gleuben. Pati) Ich kan mich lenger nicht enthalten/Ich kan es nicht lassen. Caput demulceam) id est, adblandior, Ich wil dich schlichten. Consuetudine ueteri erat gestus blandientis, qui ostendebat, quæ esset uoluntas heri erga seruum. Chremes autem cogitat de remuneratione pro præstito officio serui. Faciam) id est, Ego ostendam me gratum pro isto officio. Ista re) scilicet, quod confeciſti negocium apud Menedemum. Boni) Formula agendi gratias. Lubens) pro, lubenter,

At si) scilicet, Tum magis id diceres & maiora

promitteres. Seruus hic prædicat officium. At) scilicet, dum facias. Venerit) scilicet, in conficiendo negocio. Scite) Wie fein vnd fisterlich ist es mir zugefallen. scilicet, fallacia. Vah) Admirantis seu vrgentis, est autem breuis admonitio quod suspicetur subesse aliquid mali. Euenisse) Das es sey wolgeraten. Non) scilicet, gloria. Verum) id est, ueritatem, q.d. Non debes me habere suspectũ, quasi uellem mentiri. Dic) Cupit ordine audire rem. Tui) Narratio, qua exponit fallaciã tam artificiose, ne senex intelligat seipsum peti. Simplicitate enim illa decipit senem. Gratia) id est, ea caussa, propterea. Menedemo) id est, patri. Clitiphonis) scilicet, filij tui. Adduxisse) dixit patri ulterius interrogatus à patre. Adduxisse) scilicet, eam ad domum patris. Id) id est, esse amicam filij. Persentisceres) id est, intelligeres, animaduerteres. Probe) Hic potes intelligere, quod supra dixit, uerum dicendo ambos fallam. Probe) Das hõre ich gerne, quia existimat uerum non posse ostendi. Dic sodes) id est, Bekenne mir die warheit. Interrogat an serio sic sentiat. Nimium) id est, probissime factum est. Es hat nicht besser kõnnen sein. Sic satis) probe factum, mediocriter, also hin. Sodes) q.d. Dicis ne hoc ex animo.

Sed porrò) Sequitur Narratio, quæ constat tribus rebus. Primum membrum est enumeratio sermonis Cliniæ ad patrem. Alterum membrum est consilium serui, ut Chremes numeret pecuniam. In tertio membro subijciuntur rationes ex genere Demõstrativo.

ſtratiuo, quare hoc debeat facere. Fallaciæ) id eſt, quid intendit Clinia. Tantum hoc facit ſeruus in gratiam iſtius parentis, ut tanto facilius auferat pecuniam. Super eſt) Vnd er ſo fiſterlich anſchlege hat. Ipſe) id eſt, Clinia. Dicit) id eſt, patri ſuo. Vidiſſe) Cauſſa impulſiua amoris, iuxta illud Virgilij, Vt uidi, ut perij, ut me malus abſtulit error. Vide Pro: Ex aſpectu naſcitur amor. Filiam) id eſt, Antiphilam. Eius) ſcilicet, filiæ. Aſpexerit) Amor in oculis. Cupere) id eſt, uxorem, ſcilicet, dicet. Hic tandem uides, id quod ſupra dixit Menedemus. Aliena melius ut uideant, quam ſua. Secundo quod ſit officium amici. Tertio, quæ ſit perfidia ſeruorum. Modo) Aſtat arrectis auribus, & non poteſt ſatis mirari, quo uelit oratio ſerui. Inuenta eſt) ſcilicet, mea filia, ſcilicet, eam ne dicis. Eam) ſcilicet, dico. Poſci) id eſt, ſibi uxorem dari, ſcilicet, filiam tuam, Er wird vmb ſie laſſen freyen / er wird auch drauff dringen. Iſtuc) ſcilicet, fieret, accideret, Wie keme ich darzu. Prorſus) .i. omnino. Intelligo) ſ. de hac cauſſa. Senex neſcit ſe explicare ex ſermone Syri, qui uerum dicit de utriuſq; amore. Vah) Interiectio aſſentantis. Tardus) id eſt, non diligenter cogitas hanc rem, Du haſt ein grob Gehirn/Das iſt/ein groben verſtandt. Ad animum refertur. Tardi dicuntur ij, qui difficulter id aſſequuntur, quod illis proponitur, Langſam. Fortaſſe) ſcilicet, ſum Tardior, Poteſt fieri, Es iſt müglich. Eſt aſſentientis. Argentum) Ex quadam ſingulari aſtutia ſeruus non iubet, ut ſenex det filiam & argentum

gentum ad emenda ornamenta, sed tamen hoc in animo sentit. Dabitur) scilicet, à Menedemo. Ei) s. Clitiniæ. Aurum) Gůlden geschmeide. Vestem) Kleydung. Qui) scilicet, quo argento. Comparet) scilicet, emat filiæ aurum & uestem, cum nihil certi adhuc pollicitus sim. Id ipsum) scilicet, constitutum est. At) Paucis uerbis significat se non esse facturum. Do) scilicet, filiam. Non) s. uis dare. Insidiosissime interrogat. Quamobrem) Repetitio indignationis. Homini) scilicet, occupato in alieno amore. Ratio ista sumitur à moribus eius. Propositio, Non dabo filiam. Ratio sequitur, Quia est amator. Quidam addunt, fugitiuo, hoc est, Der seinem Vater entlauffen ist. Sed contra metri rationem.

Vt lubet) scilicet, facias, quasi diceret, non pugnabo tecum. Concedentis est. Perpetuum) scilicet, matrimonium, ut uere ei sponderes, ut omnes annos exigeret cum marito. Dicebam) Es ist meine meinung nicht gewesen. Simulares) id est, daturum, ad tempus scilicet. Simulatio) Ich wil keinen mit worten teuschen / Ich wil sagen / wie mir vmbs Hertz ist. Est uox digna bono uiro. Non est enim officium boni uiri, aliud uerbis, aliud animo uelle. Misero) id est, in illa caussa, Lege dich hinein / wie du wilt, modo ne adiungas me illi consilio. Admisceas) Gehe also mit deinen sachen vmb / das du mich nicht darunter mengest. q. d. Si quid uis incipere, tuo periculo incipias, nec me immiscеas. Agas tuum negocium, Conficias res tuas, Ich wil nicht darmit zuthun haben.

Despon-

Despondeam) quasi dicat. Vis hoc mihi persuadere. Daturus) id est, ex animo. Quia uoluntas debet consentire. Est argumentum ab æquo, Non est æquum, ut quis pater filiam alicui spondeat, deinde deneget. Scite) scilicet, sine tuo incommodo, uel commode. Credebam) scilicet, te hoc facturum. Iam fingit se admodum esse submissum, ut mira arte argento emungat senem. Minime) s. hoc facturus sum. Scite) scilicet, commode, scilicet, ut Menedemus daret pecuniam. Argumentum à facili. Hoc) scilicet, consilium de extorquendo argento. Eo) id est, ob eam causam, propterea. Tantopere) scilicet, ut fallerem Menedemum. Credo) Ironia. Iusseras) s. ut fingerem aliquam technam, in fallendo Menedemo. Cæterum) Callide assentatur. AEqui bonique facio) id est, Tibi morem geram in re probabili, Ich wil dir folgen, Sedulo animo & studio hoc facio, Mache du es/ wie du wilt/ ich bekümmer mich nichts darumb. Facio) i. lassen gut sein.

Atqui tum maxime) Mira est seruuli ars ad circumueniendum senem, ut patiatur se persuaderi, quamuis initio senex alia recuset, tamen callide concedendo & ad eius sermonem attemperando facile perunciit, ut senex ultro argentum efferat. Addit autem fallaciæ callide cogitatæ de argento Bacchidi debito, etiam argumentum maxime appositum ad senem persuadendum ex honesto, seu æquo, à persona senis, quod deceat ipsum, & laudi detur liberaliter resoluere debitum filiæ, etiamsi aliquis alius summo

iure

iure posit recusare. Atqui) Pergit in illa sententia, quam animo antea cœperat. Vt fiat) id est, ut conficiantur ista fallacia, ut struantur insidiæ Menedemo, ut fallatur Menedemus. Alia via) id est, ratione, ne me admisceas. Metaphora est. Fiat) Pollicetur, quod uelit hoc facere. Astute autem in omnibus assentitur hero, quia iam lenibus uerbis extorquebit argentum. Alia via) Es soll anders werden. Aliud) id est, commodius consilium fallendi Menedemum. Illud) Secunda pars est petitio, ut liberet filiam ab oppignoratione. Ista) id est, filia, Antiphila. Nunc) id est, hoc die, sine mora. Confugies) id est, ad rationes, quas statim callide subijcit, Ponit argumenta generis Suasorij. Primum à persona. Secundum à circumstantijs. Disputat cum eo de æquitate, non de rigore iuris. Eo) id est, ad illas rationes summi iuris. Scilicet) Aduerbium affirmandi. Per occupationem occurrit his, quibus poterat uti senex ad recusandum.

Quid mea) scilicet, refert, aut interest, uel, quid poscis de me. Datum) scilicet, argentum. Argumentum ab æquo. Iniquum enim esset reddere argentum, quod non accepi, nec iussi. Illa) id est anus Corinthia. Oppignorare) Verſetzen, scilicet, apud Bacchidem. Argumentum est à iure scripto, Quia patre inuito filia non potuit oppignorari. Verum) pro, uere, Das ist die lautere warheit. Confutatio, & est argumentum à discrimine æquitatis & summi iuris, & summum ius dicitur, quando leges sine aliqua mitigatione obseruantur

seruantur. ὠλείκεια econtra dicitur mitigatio legum propter iustam caussam. Summum) id est, strictum, rigor iuris, & wenn man zustrenge ist. Malitia) id est, iniuria, quam nemo potest laudare, uidelicet ubi circumstantiæ poscunt aliquam mitigationem, nec caussa exempli, opus est seueritate. q. d. Tu debes flectere tuam sententiam ad illa tempora, quæ nunc sunt. Haud faciam) id est, non utor summo iure, Ich wil es auch nicht thun. Imo) Collatio ex personæ qualitate. Alijs) id est, summo iure agere, Allzustrenge fahren. Omnes) id est, Omnes existimant te esse liberalem & diuitem ciuem, ergo non debes exaactam sumptus rationem ducere, Alle schetzen dich, das du ein wolgehaltener vnd redlicher man bist. Lauta) id est, splendida. Aucta) id est, honestate & spectatis moribus.

Quin) Chremes captus est. Quare cupidus est gloriæ & obliuiscitur omnis decori. Deferam) scilicet, tam sum paratus dare pecuniam. Eam) scilicet, Bacchidem. Imo) Dissuadet seruus, & facete est excogitatum. Filium) id est, Clitiphonem. Quare est amator & magis ei conuenit cum Bacchide. Quamobrem) id est, potius deberem dare filio. In hunc) id est, tuum filium. Translata) id est, putant filium amare. Quid tum) & was ist ihm denn mehr. Id) scilicet, quod amet Bacchidem. Hic) scilicet, filius Clitipho. Illi) .i. Bacchidi. Etsi) Iam hoc corrigit. Conficiam) s. apud Menedemum. Ipse) id est, Clitipho. Adeo) id est, etiam. Parasceue ad sequentia.

ARGV-

ARGVMENTVM IOHANNIS STIG. IN ACT. IIII. SCEN. V. Nulla est, &c.

Expostulat Clitipho cum Syro, quod eum priuarit aliquandiu fructu consuetudinis, quæ erat sibi cum Bacchide, & tamen placatur mitigatione Syri. Exprimitur autem in Clitiphone amantium inconstantia & impatientia, ut qui sui etiam commodi causſa exiguum tempus uacare amore non possint.

ALIVD D. CASP. CRVCIG.

Quia res de argento Bacchidi dando confecta est, nunc reducitur Clitipho, ut argentũ à patre accipiat, & liberum sit ei ad amicam redire. Quia eum seruus interim, dum de eius re agebatur, aliò abelegerat. Principio autem iurgatur cum seruulo expostulans, quod sibi aditum ad amicam prohibuerit.

ALIVD M. AMBRO.

Paulo ante Syrus iusserat Clitiphonem aliquò abire cum uellet prius extorquere argentum à patre, quàm resciſceret peccatum filij. Hoc uero inuitus fecit adolescens, cui uidebatur, nihil esse factu difficilius, quàm amicam relinquere. Tandem uero propter

propter præsentiã patris hoc facere coactus fuit. Nunc redit adolescens, postquam seruus senem fefellit, sed admodum iratus & stomachabundus, quod tam longo tempore abfuerit ab amica. Serio etiam expostulat, quod sibi aditum ad amicam prohibuerit, sed placatur facillime per seruum, ex quo intelligit argentum esse paratum, quod ad Bacchidem deferat.

ALIVD EIVSDEM.

CLitipho, qui antea opera Syri admodum inuitus discessit, nunc propter impatientiam amoris redire fingitur, ut pater sine mora aliqua filio det argentum, quod deferat ad Bacchidem. Quia uero nescit adolescens, quid boni interim seruus conficerit, conqueritur de sua illa infelicitate in amore, & de serui insigni malicia, à quo persuasus sit aliquandiu discedere ab amica, & ob eam rem expostulat cum seruo, & omnia dira ei imprecatur, sed paucis admonitus de inuento argento, quod det Bacchidi, iram omnem remittit, & seruo gratias agit pro tanto officio.

ALIVD EIVSDEM.

ABfuerat Clitipho inuitus suadente id Syro, sed statim, cum sit amator impatientissimus, redit post deambulationem, sed admodum tristis & iratus, Conquerens primum de sua infelicitate, Deinde maledicit

ualedicit seruo, quem credit auctorem esse huius infelicitatis. Hanc iracundiam remittit, postquam intelligit argentum opera Syri paratum esse, quod ad Bacchidem deferat.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. IIII. Scen. VI.

Nulla est, &c.

VBi me excarnifices) Per Metaphoram dixit, *Excarnifices*, id est, affligas, crucies, sollicites, Das du mir sorge vnnd gremen machest. Sine Metaphora usus est Liuius lib. 4. Decad. 3. Quod ubi tribuno militum Graccho nunciauerunt, neminem stantem iam uulnerari, hostem carnificari iacentes, & in dextris militem pro gladijs humana capita esse. Eodem modo etiam usus est Suetonius in Vitell. Tandem apud geominas minutissimis ictibus excarnificatus, atq; confectus. Germani apte reddunt per uocem, Zerfleischen, hoc est, Zu stück hawen. Inde carnifex & carnificina.

I tu hinc, quo dignus es) Bembus sic legit, Is hinc, quo dignus es, Et admonet ueteres usos esse Indicatiuo pro Imperatiuo, ut etiam alibi non semel, Animo bono est, pro, esto, qua dicendi figura sæpe utitur Cicero.

SCHO-

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. IIII.

Scena VI. Nulla, &c.

CLitipho excandescit in Syrum, quod illum ab amica abstruserit. Verum placatur facta mentione argenti oblati à patre, quod ad amicam statim deferat. Exordium est gnomicum. Quia querelæ apud Terentium habent plerumq; exordium à generali sententia, ut & Græci dicunt, Martinon esse oneri sua arma. Porro in hoc exordio est Enthimema, inuitus deambulaui, Ergo hæc deambulatio non fuit mihi uoluptati, sed labori. Facias) scilicet, inter omnes actiones humanas. Quin) scilicet, ut non. Inuitus) Das du keine liebe noch lust darzu hast. Ouid. Et non sentitur sedulitate labor. Facias) Enallage, Secundæ persona pro quauis tertia. Vel) id est, etiam. Deambulatio) scilicet, quæ debebat afferre uoluptatẽ. Dedit) id est, reddidit me defessum, & defectum penitus. Die müde vnd matt hat mich dieser spatziergang gemacht, defatigauit, & plane languidum me reddidit. Plautus in Asina. Vbi sæpe ad languorem dederis octonarios lictores. Nec quicquam) Amplificatio istius querelæ. Incipit autem plane desperare de suo amore. Metuo) scilicet, in meo amore. Miser) scilicet, Clitipho. Denuo) .i. iterum. Extrudat) s. ui expellar in aliquem locum. Syre) Compellantis cum indignatione. Vtte) Iam uidens seruum, cum eo expostulat. Quia in eum transfert to-

tam culpam. Quantum) scilicet. fieri potest, Perdiunt) Antique, pro perdant, hoc est, omni genere malorum te accumulent. Imprecatio, qua exprimit indignitatem animi. Incepto) scilicet, consilio tuo. Comminiscere) id est, confingis, excogitas, pro, commiminiscaris. Vbi) scilicet, quibus. Ratio ab iniquo. Excarnifices) Auxesis, pro punitas, & excrucies. I tu) Magna securitas est seruo. Quia putat se habere argentum, & non respondet ad postulationem, I) scilicet, in malam crucem. Indigne fert seruus se à Clitiphone reprehendi. Quam) Vicissim uituperat, & simulat se etiam iratum esse. Proteruitas) id est, petulantia, importunitas, temeritas, frechheit. Supra, Vel heri in conuiuio quam immodestus fuisti. Item Noui creatus, tusses &c. Perdidit) id est, apud patrem. Vellem) Adhuc perstat in illa indignatione, & expostulat cum seruo adolescens, quod ab amica iectus sit. Factum) scilicet, quod esses plane perditus. Meritus) scilicet, quando. Quomodo) Habe ich es auch vmb dich verdienet mit wolthat. Næ) id est, certe, profecto. Audisse) scilicet, quod ita cupis mihi male consultum. Est seruilis insultatio. Quid) Expostulatio, Soll ich dich noch gnadt Iuncker heissen. Alij sentiunt, Clitiphonem iam fieri multo leniorē & mitiorem. Dicam) Q. d. Tamen hoc uerum est, Abijsti) s. cum Dromone pro amica. Amicam) scilicet, Bacchidem.

Iam) Corrigit illam iracundiam fictam. Q. d. Vt habeam rationem tuæ ætatis. Sit) Magno gaudio

dio illa dicit. Apud nos) id est, puto esse. Non) scilicet, est apud patrem. Cliniam) s. in ædibus Menedemi. Perij) scilicet, quia est apud Cliniam. Est uox amatoris aliquid mali suspicantis. Bono) Sey nicht trawrig. Addit consolationem. Eam) id est, Bacchidem. Argentum) scilicet, centum coronatos, seu decem minas. Ei) id est, Bacchidi. Garris) id est, nugaris, mania dicis. Quia non potest credere tam subitum gaudium. Id) s. accipias. Patre) Exultantis est. Ludis) Id est, fallis, irrides me. Experibere) pro, experieris, quasi diceret, res ipsa ostendit, non mentior. Næ) id est, ualde. Sæpe nobis inscijs & nihil tale cogitantibus fortuna piscatur. Fortunatus) scilicet, propter amicam. Deamo) id est, ualde amo te, nunquam ero immemor istius beneficij. Qua caussa) scilicet, ut auferamus argentum, quod deferas ad Bacchidem. Præscribit adolescenti præceptum. In loco) id est, cum opus erit. Obsecundato) id est, subseruias mihi, optemperato, uide ut scite ei respondeas. In loco) scilicet, pro commoditate caussæ. Admiratus) Das er nicht vermercket/ das du dich habst etwas verwundert. Hæc duo Hemistichia debent esse inuersa hoc modo, iuxta sententiam Riuij, Qua caussa id fiat, caue, quicquam admiratus sies:

Sed pater egreditur, obsecundato in loco,
Quod imperabit, facito, loquitor paucula.

Ait enim Syrus br eui fore, ut Clitipho ad Bacchidem suam, quod ei pollicitus sit, argentum deferat.

idq; à patre ipsius Chremete haud sine mira astutia extortum, Quod Clitiphoni, cum uerisimile non putarentur, Syrus, ipsa (inquit) re experibere. Cæterum quanam tandem caussa fiat, ut à patre, unde nihil minus sperasses, argentum auferas, haud te ulla cœperit admiratio, Moxq; egrediente è domo iam iamq; uenturo sene, admonet Clitiphonem, ut in loco obsecundet, quod pater imperauerit, faciat, loquatur pauncula, &c. Hactenus Riuius.

ARGVMENTVM IOHANNIS STIG. IN ACT. IIII. SCEN. VII. Vbi Clitipho, &c.

CHremes tradit argentum Clitiphoni, & instruitur Clitipho à Syro ad ea, quæ erant seni commoda respondenda. In fine est querela senis tenacis ac parci, quæ ostendit id, quod Horatius in arte Poetica ait:

Multa senem circumueniunt incommoda, uel quod
Quærit, & inuentis miser abstinet, ac timet uti, etc.

Et quod Terentius, Hoc solum unum uicium affert senectus hominibus, attentiores omnes sumus ad rem, quam sat est.

ALIVD D. CASPARIS CRVCIGERI.

Tradit

TRadit argentum filio, ut efferat Bacchidi, & additus est in fine affectus, qui quodammodo ornat hanc Scenam.

ALIVD M. AMBRO.

OMnino Chremes persuasus filiam esse oppignoratam, & pecuniam sine mora reddendam esse Bacchidi, subito egreditur cum argento, & filium nihil suspicans mali, hoc quamprimum deferre iubet pro redimenda Antiphila. Hoc factum sollicite senex computat, quantum damni filia iam nubilis sit allatura, in qua elocanda cogatur non modo magnos facere sumptus, sed etiam bonam partem bonorum amittere. Cæterum illa anxia computatio ideo est addita, ut Chremes sit sui similis, quem antea finxit admodum auarum in eo, quod iusserat uxorem, si filiam pareret, ut mox exponeret.

ALIVD EIVSDE M.

IPse pater dat filio argentum deferendum ad Bacchidem, hac opinione, quod existimat eam esse amicam Cliniæ. Quod ideo fingitur, ut palam fiat hunc monitorem in multis peccare, maxime uero in danda pecunia, ubi nihil opus est, & in illa stulta persuasione de probitate filij, qui tamen insignia quædam uitia habet. Porro post traditam pecuniam filio, incipit senex mirum in modum dolere de sum-

ptum magnitudine, quos in filia recens inuenta facere cogitur.

ALIVD EIVSDEM.

PLane accidit, quod supra prædixit seruus, si tantum ueniret usus, quod magnifice tractare uellet suum herum Chremetem. Hoc enim iam efficit seruus summa calliditate. Nam persuasit Bacchidem esse amicam Cliniæ, et extorsit ab eo argentum, eo nomine, quasi reddendum esset Bacchidi pro filia oppignorata. De his ut palam fiat, senem nihil dubitare, ipse dat filio argentum, quod ad Bacchidem deferat, interim nihil suspicans, quod posthac sero intelliget de filio, quod ipse Bacchidem perdite amaret. In fine memorabilis sententia ponitnr de corruptis moribus, seu mala consuetudine, qua significat, quod mali mores in suam potestatem quasi præducunt omnes leges, ut non, quod liceat, sed quod libet, homines faciant. Ea sententia pluribus uerbis est apud Plautum in Triummo Act. 4. Scen. 3.

Nunc mores nihil faciunt, quod licet
Nisi, quod lubet, ambitio iam more sancta est,
libera est à legibus. (etiam
Scuta iacere, fugereq; hostes, more habent licen-
Petere honorem pro flagitio, more fit, mores
Leges, perduxerunt iam in potestatem suam, magis
qui sunt.
Obnoxij, quàm parentes liberis? Eæ miseræ etiam

Ad

Ad parietem sunt fixæ clauis ferreis, ubi malos mores
Affigi nimio fuerat æquius, neq;
Istis quicquam lege sanctum est, leges mori seruiunt. Mores autem
Rapere properant, qua sacrum, qua publicum.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. IIII. Scen. VII. Vbi, &c.

CHremes argentum affert, quod detur Bacchidi pro redimenda filia, quam credit ei oppignoratam fuisse. Deinde incipit senex mirum in modum dolere de magnitudine sumptuum, quos caussa filiæ recens inuentæ facere cogitur. Exordium est sumptum ab interrogatione. Vbi nunc) Interrogat Syrum & circumspicit. Eccum) Non enim Clitipho audet intueri patrem. Ideo seruus subijcit ei in aurem, quæ debet loqui apud patrem. Inque) id est, dic ad patrem. Verbum defectiuum, inquam, inquit, & inque solum dicimus. Eccum) Da bin ich. Est offerentis se, id est, ecce pater hic adsum. Eccum) scilicet, faciam, quæ uclueris. Est mutatio personæ. Quid rei) .i. quid iam conclusum est à nobis. Huic) id est, Clitiphoni, aut, filiæ. Pleraque omnia) Pleonasmus est, pleraq;. Cape) Lente & trepitanter est pronunciandum, & apparet hic insignis stulticia senis. Argentum) id est, decem minas. Defer) id est,

ad Bacchidem pro liberanda filia. Hei) Est admirantis cum quadam reprehensione, Bembus sic legit, ij, quid stas lapis, quin accipis? Lapis) id est, stupide, ignaue, Du stehest alda / alß hetestu keine hende. Quin) id est, cur non. Coniunctio pro Aduerbio. Accipis) scilicet, argentum. Cedo) scilicet, Da, libenter efficiam. Sequere) In eo totus est seruus, ne iterum senex accipiat argentum. Ocyus) id est, illico. Tu) .i. Chreme. Dicit ad senem. Eximus) id est, ex ædibus Menedemi. Hoc addit, ut res minus suspiciosa sit, & ita abducat adolescentulum. Operibere) .i. operiaris. Est Archaismus & Enallage. Nihil) .i. nulla caussa. Moremur) s. in ædibus Menedemi. Q. d. Ego & filius tuus sumus probissimi.

Minas) Init rationem senex pro decoro personæ. Decem) hoc est, centum coronatos. Ad spectatores hæc dicit Chremes, & cogitat accepto malo, quid ageret. ἄπλως. Grata querela senis, qua exponit suum damnum acceptum. ἄπλως. Subductio rationis per querelam. Datas) scilicet, Bacchidi. Pro alimentis) Für die narung oder für kostgelt, hoc est, pro cibo, potu & uestibus. Quia sancte credit hoc ita esse, quemadmodum dixerit seruus, scilicet, anum illam oppignorasse filiam Bacchidi. Hasce) id est, decem minas. Alteræ) s. totidem decem minas. Ornamentis) scilicet, pro, Für die kleider. Hæc) pro, hæ. Supra in Eunu. Continuo hæc adornant, ut lauet. Infra in Phor. Hæc illæ erant itiones. Nam uetes dixerũt etiã hæc in plurali fœminino genere. Hæc

id est,

id est, hæ minæ. Apposcent) à. requirent. Dotis) pro, dote. Duo talenta) hoc est, mille & ducentos coronatos, uel 1800. aureos Romanos. Talentum ualet 600. coronatis gallicis.

Quam) Addit Epiphonema, & confert omnem culpam in mores publicos & consuetudines. q.d. propter publicos mores necesse est multa iniqua fieri. Moribus) id est, ipsa recepta consuetudine praua contra rationem. Moribus) id est, consuetudinibus, quæ sunt in mundo. Hoc ipse dicit uolens suam auaritiam defendere. Mihi) Inuidiose dictum est, & exponit, quomodo accipiat hanc sententiã. Omnibus) id est, negotijs posthabitis. Inueniendus) scilicet, est gener. Labore) id est, maximo, parta. Bona) pro dote. Prauum oponitur recto, unde dicitur rectum ingenium, hoc est, candidum.

ARGVMENTVM IOHAN. STIG. IN ACT. IIII. SCEN. VIII.

Multo omnium, &c.

PEtit Menedemus filium à Chremete in matrimonium Cliniæ. Chremes uero, qui antea cum Syro egerat, ut dolo quopiam pecuniam à Menedemo auferret, illudit Menedemum, arbitrans sibi rem ex sententia succesisse, cum non intelligat eam pecuniam, quam ipse Clitiphoni numerauerat, non Cliniæ, sed ipsius Clitiphonis nomine decoqui ac consumi, ac ita se suo ipsius consilio deceptum; dum in alium fallaciam intendit. Est autem iucunda congressio se-

mum, in qua hoc ridiculum inprimis est, quod utriq; Syri technis inducti in re uera errat & dubitant, ut ipse Syrus magnifice gloriatur.

ALIVD D. CASPARIS CRVCIGERI.

Postquam argentum per fallaciam confectum est & ablatum à sene, nunc acceditur eò ut Chremes cognoscat quam turpiter errarit. Estq; hiu aditus ad summam Epitasin, & ad hanc rursum producitur Menedemus, qui Chremetis filiam suo Cliniæ serio poscit uxorem. Sed Chremes qui sibi omnem fallaciam pulchre scire uidebatur, ridet alterum senem, ac rursus in eam sententiam adducit, ut credat rem esse compositam ad sese fallendum à filio. Itaq; hic discedit, quasi sua spe falsus, donec intelligit alterum suum consultorem longe stultiorem fuisse. Principium Scenæ repetitur ex superiore Catastrophe de Clinia, atq; ad eam pertinet. Nam senex gratulatur sibi, quod filius ad meliorem frugem sese receperit.

ALIVD EIVSDEM.

Confecto argento, & iam ablato per fallaciam Syri reliquum est, ut Chremes, qui hactenus ludus est sibi nihil decipere, cognoscit, quam turpiter errarit. Quare hic describitur aditus ad postremam ἐπίτασιν. Producitur autem ad hanc rem Menedemus,

mus, qui Chremetis filiam serio poscit uxorem suo filio, in qua re tanquam stulta Chremes irridet suum uicinum, quem credit falsum esse per seruum significans manifestis uerbis filium Cliniam hoc excogitasse cum seruo, ut falleret parentem, ideoq; multa monet, quæ facere debet in præsentia filij, & in danda pecunia. Tandem discedit Menedemus, quasi omni spe frustratus, sed non longe post intelligit illum suum monitorem ac consultorem longe turpius esse falsum. Porrò principium huius Scenæ est quædam repetitio illorum, quæ antea sunt dicta de Catastrophe rerum Cliniæ. Nam gratulatur senex supra modum sibi hanc felicitatem, quod filius præter omnem spem in uiam redierit.

ALIVD EIVSDEM.

DAto iam argento filio Menedemus Chremetem alloquitur, ut filiam sibi inuentam uxorem det suo gnato. Quod cum audit Chremes ridet suum uicinum, quod in hac re fidem habeat suo filio, quem minime credibile est ex animo petere uxorem, sed tantum utatur illo prætextu ad decipiendum patrem, utq; hac ratione sine magno labore & molestia argentum auferat. Propterea Chremes obiurgat Menedemum propter nimiam indulgentiam, qua penitus perdat filium. Verum Menedemus nihil mouetur, quin pergit summa diligentia exorare filio uxorem, ne iterum aliqua sua iniuria eum amittat.

ALIVD

ALIVD EIVSDEM.

EXceptus erat humanissime Clinia à patre, à quo facile ut alia omnia, ita ut filiam Chremetis uxorem ducat, impetrat. Prodit itaq; pater lætissimus propter filium, & caussam de uxore ducenda summa diligentia agit apud uicinum, quem non desinit rogare priusquam aliquid certi impetret. Interpetendum autem obiurgatur & admonetur à Chremete, qui ubiq; sui similis non credit Bacchidem amicam esse sui filij, existimans Menedemum esse miserum propter talem filium, se uero longe beatissimum patrem.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. IIII. Scen. VIII.

Multo omnium, &c.

MVlto omnium) Ornauit Scenam loco communi, Magnam uoluptatem capere parentes, si sint commodis moribus liberi præditi. Contra uero stulti & male morati liberi afficiunt mœrore parentes, sicut Salomon recte ait admonitus à patre Dauide, qui impietatem Absolonis filij cognouerat, &c. Vide Sueton. in Augusto de Vomicis Augusti. Supra in And. Pietatem gnati uides, non miseret te mei, &c.

Nimirum illi indulges Menedeme) Alter locus communis, nimia indulgentia corrumpi ado-

lescen-

lescentum animos. Est referendum hoc ad OEconomicam Philosophiam. Vide supra, Licentia omnes sumus deteriores. Item in Phorm. Nostrapte culpa facimus, ut expediat esse malos, &c.

Næ tu propediem istius obsaturabere) Supra in Eunuch. Sicubi eum satietas hominum cœperat. Infra in Adelph. Intus sum omnium rerum satur. Et in Hecyra, Satietas iam tenet studiorum istorum, &c. Hinc Cicero lib. 2. Epist. 2. dicit, Quin satietate iam defessus sit. Et Epist. 10. Me mirum desiderium tenet urbis, incredibile meorum, atq; inprimis satietas actæ prouinciæ, &c. Germanus dicit per eandem Metaphoram, Ich bin es so satt/Ich bin es so verdrüßig/alß hette ich es mit leffeln gessen.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. IIII. Scen. VIII. Multa, &c.

VT palam faceret Menedemus Chremetem falli, reducitur in Proscenium gratulans sibi fortunam de resipiscentia filij. Est igitur hæc Scena Parascene ad sequentem contentionem. Et hic tanquam breui quadam anacephaleosi repetit fere totum argumentum superioris patris in fabula. ἄλλως. Colloquium senum, & occasio τῆς κατασκοπῆς, ubi fallunt consilia senum. Qui enim putant se sapientissimos esse, illi inprimis decipiuntur. Orditur autem à gratulatione, quod filius in uiam redierit. Multo)

Pater

Pater egreditur admodum lætus propter filium. Debet autem sententia monere, ut uitam recte instituamus. Gnate) Compellantis, tanquam ad præsentem præ nimio gaudio. Salomon inquit, Sapiens filius exhilarat patrem. Fortunatissimum) Locus communis est, magnam felicitatem esse habere filios bene moratos, aut, si errarint, in uiam redeuntes. Cum te) Antea posuit propositionem, Ego sum felicissimus. Iam sequitur propositionis ratio, Quia filius resipuit ducturus uxorem. Te) s. filium. Resipisse) pro, resipuisse, hoc est, redijsse in uiam, Das er sich numahls was bessers bedencket. Errat) id est, quàm falsus est, uel, ut existimat esse fictum, & quasi condolet, quod fallatur à filio. Errat) scilicet, Menedemus fällitur, &wie wol ist er vexirt worden. Secum ista loquitur Chremes, q. d. Imo nescit Menedemus, quam filius sit in amore occupatus. Teipsam) id est, opportune aduenis. Vice salutationis hoc est positum, & facit, quod promiserat filio pater. Serua) Confirmat supra positam rationem. Quod) scilicet, quantum, So viel alß dir müglich ist. Argumentum à possibili. Filium) id est, Clinian. Me) scilicet, senem, quasi diceret, per te aut moriar aut uiuam. Cedo) scilicet, dic. Offert ultro suam operam, & quærit de specie. Filium) id est, Antiphilam. Explicat quid uelit. Hanc) id est, quæso, ut filio meo des tuam filiam Antiphilam in uxorem. Propositio est petitionis.

Quæso) Confutatio per inficiationem & irrisionem. q. d. Noli tantopere gaudere de filio. Mo-

net eum de fallacia. Homini) id est, tam statim habes fidem filio tuo. Quid) Admiratur. Quare hanc petitionem tam cito confutat. Oblitus) scilicet, quomodo inter nos conuenerit. Obiurgatio & admonitio. Fallacia) id est, tibi struenda de emungendo argento. Vide supra Act. 3. Scen. 1. Via) id est, eo modo, scilicet, fingendo tuũ filium cupere uxorem. Scio) scilicet, hoc esse pactum inter nos. Ea res) scilicet, ut decipiaris. Dixit) Was ist die meinung. Male habet senem. Erraui) id est, non recte intellexi. Ironia. q. d. Du wirst es innen werden. Acta) scilicet. ut decipiaris. Quanta) suspirantis uel ingemiscentis, Gott erbarme es/das es nicht wol vnd gerad zugehet. Acta) Desperatio his uerbis significatur, quod Græci dicunt πέπρακται, nos simpliciter, actum est, uel, res acta est. Decidi) Wie viel anders ist es mir gangen/denn ich gemeinet habe. Verbum cadere, habet post se Ablatiuum uel adiuncta Præpositione uel sine præpositione, ut, spe decidere, de spe decidere, & à spe decidere. Hæc) id est, Bacchis. Non dicit serio, sed tantum ut rideat credulitatem senis. Aiunt) De re dicimus, quam uolumus esse falsam. Omnia) Simplicissime respondet, scilicet, credo. Illum) scilicet, Cliniam filium tuum. Narratio, qua exponit fallaciã, ut ipse suam stulticiam prodat. Desponderim) scilicet, filiam meam Antiphilam Cliniæ. Des) scilicet, argentum. Qui) pro, quo, uel, unde. Alia) id est, ornamenta muliebria. Aurum) Was von Golt gemacht ist. Id est) s. quemadmodum dixti. πάθος senilis animi,

mi. Id) id est, argentum. Amicæ) scilicet, Bacchidi à me extortum. Scilicet) scilicet, credere debes. Daturum) s. esse filium tuum Q. d. Non est dubium, quin sit daturus Clinia. Vah) Dolentis. Gauisus) s. sum. Quidnis) Redit amor paternus. Malo) s. facere, aut perpeti. Hunc) s. filium. Amittere) id est, dimittere, Von mir lassen.

Quid nunc) Interrogatio, ut aliquid certi respondeat. Renunciem) scilicet, filiæ. Responsum) scilicet, esse. Sentiat) .i. intelligat filius. Sensisse) id est, illorum fallaciam. Ferat) scilicet, filius. Aegre) scilicet, ferat. Corripientis, audes hoc dicere. Indulges) Du bist jhm zu weich. Lenis est obiurgatio, quod sit nimium mollis & indulgens. Sine) scilicet, permittas hoc mihi. Inceptum) Repetit petitionem sumpto argumento ab honesto et necessario, Necesse est, ut res semel incepta ad finem perducatur. Perfice) scilicet, in pollicenda tua gnata filio meo. Dic) id est, tuo filio. Conuenisse) s. me compellasse te. Deinde) scilicet, addam. Facturum) s. addas. Generum) scilicet, filium tuum Cliniam. Desponsam) scilicet, Antiphilam. In ista narratione ordine omnia ponuntur. Primo enim dicit se oportuno tempore conueniisse eum. Deinde negocium de nuptijs commode exponitur. Tertio impetratur res, si gener placeat. Postremo sequuntur sponsalia.

Hem) Lætantis cum quadam gratiarum actione. Volueram) scilicet, petieram. Ocyus) s. hoc audi-

det responsum. Hac re) scilicet, De hoc facto. &was er mir darzu wird rathen des wil ich mich halten. Sed Demea) Amplificatio continens cordatam adhortationem. Cogites) Du wolleſt doch das bey dir beherzigen oder bedencken. Agitis) scilicet, Vitam, uel, uiuitis. Facillime) id est, Quo estis opulentiores, uiuitis in abundantia omnium rerum. Aequo) scilicet, Candido. Perhiberi) ſ. Si uultis defendere uestram famam & existimationem. Noscere) .i. Defendere & facere iusta. Agitis) scilicet Præ reliquis. Potentes) scilicet, Præ alijs omnibus. Aequum est) ſ. Nihil faciemus contra iusticiam. Perhiberi) .i. æstimari. Redito) ſ. Ad me. Facere) id est, Defendere quod æquum est. Nobiles) Est μέσον uocabulum. Ponitur enim in bona & mala significatione. Sostratam) scilicet, Matrem uirginis. Decet te) .i. Recte cogitas. Facere) Das du niemandt vnrecht thuſt. Fiunt) ſ. Ab Aeschino. Indicente) id est, Iubente, uolente, permittente, Sie haben das von mir nicht gelernet. Me authore. Liuius dixit, Incidere tributa. Defunctum) Scilicet, Finitum, ne ulterius peccet, uel, ne admitteret aliud facinus. Q. d. Multo atrociora & maiora scelera sequentur, quam hoc est. Defunctum) id est, Sedatum, compositum, gestillet, entrichtet. Licentia) ſ. Quod omnia permittit frater filio. &wenn man einem durch die finger ſihet. Quando parentes connituent liberis. Euadet) .i. Subinde deterius aliquid committet. Verum) Epiphonemo ſumptum ex loco communi, Licentia omnes reddimur

deteriores. Malum) &wird nichts guts bringen. Euomam) id est, Effundam. Hæc) s. Quæ mihi sunt molesta. Licentia) Die grosse nachlassung / oder nachhengung. Euomam) Translatio à stomacho. Vt enim stomachus nimio cibo aut potu oneratus per uomitum leuatur, ita animi dolor maledictis aut lachrymis egeritur, iuxta illud Ouidij, Expletur lachrymis, egeriturq; dolor.

ARGVMENTVM M. AMBROSII IN ACT. III. SCEN. V.

Bono animo, &c.

INtroductus Hegio ad Sostratã eadem hæc audiuit, quæ prius seruus narrauerat, & in primis mouetur queruloſis sermonibus mulierculæ, quæ de sua & filiæ miſera conditione nimis multa dixerat, implorans Hegionis auxilium tanquam fideliſſimi atq; unici amici in summa neceſsitate. Reſpondet itaq; in hac Scena breuiter Hegio addita conſolatione, quod omnia uelit facere, quæ fieri neceſſe eſt in defendenda dignitate & ſalute uitiatæ uirginis.

ALIVD EIVSDEM.

INgreſſus Hegio ad Soſtratam miras audit querelas & eiulatus muliebres, quibus admodum mouetur, ut quod inſtituit antea, nunc maturè faciat. Primum autem, quod decebat ſuam perſonam, humaniſſime conſolatur Soſtratam, cupiens ut filiæ quoq; bonam ſpem

spem faciat addita pollicitatione sui officij in illa causa diligentissime expedienda.

ALIVD EIVSDEM.

HEgio ut uir bonus miseram mulierem consolatur, eiq; promittit consilium & auxilium, idq; ideo fit, ne credat mulier in tanta calamitate se omnium ope destitutam esse.

ALIVD ἄλλο.

CONsolatur Sostratam Hegio ac defensurum se esse eam pollicetur, sed conuento prius Mitione, si forte res bona gratia componi posset.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. III.

Scena V. Bono, &c.

BOno animo) Id est, Noli ita flere. Istam) Scilicet, Filiam puerperam. Quod) Pro, quantum. Ego) Addit de suo officio. Conueniam) id est, Alloquar. Vt) Pro, quemadmodum. Q. d. Nihil addam, neq; omittam. Admonitio ueritatis. Si est) S. Talis Mitio. Facturus) Scilicet, Quod sua sponte hoc uelit facere, quod decet, scilicet, Ducere filiam in uxorem. Sententia). i. Si noluerit facere. Respondeat) S. Ad extremum. Agam) S. An debeam contendere in iudicio. De hac re). i. De ducenda uitiata.

ARGVMENTVM M. AMBROSII IN ACT. IIII. Scen I. Ain', &c.

EXposuerat Syrus adolescenti Ctesiphoni omnem rem, quibus uidelicet fallatijs persuasisset patri, ne quid mali de filio suspicari posset. Quia uero inter cætera hoc addiderat seruus, patrem omnino persuasum rus abijsse propter filium, quem nihil dubitabat iam dudum aliquid ruri agere, adolescentem antea suis lætum propter amicam reddit perturbatissimum. Intelligit enim filius patrem supra modum futurum iratum, ubi deprehenderit hoc esse confictum à seruo, nec aliud suspicaturum, quàm quod filius totus sit in amore. Tum etiam hoc animaduertit, sibi omnino esse turpe, si redierit pater, quod nullam iustam excusationem suæ absentiæ prætendere possit. Ideoq; principio optat, ut si ruri iam pater est, laboribus usq; adeo defatigetur, ne toto triduo in urbem redeat. Deinde consultat cum Syro, si forte pater redierit domum, quo modo honestè absentiam suam excusare possit. Ille seruus postremo consolatur adolescentem addito consilio, quo facillime ex irato parente reddere possit placidissimum.

ALIVD EIVSDEM.

ALiquandiu expectans Ctesipho Syrum, cui commiserat totum negocium de suo amore, hoc quod maximè cupit, ex eo intelligit, patrem nondum

quicquam

quicquam resciuisse de amore, & rus etiam concessisse, Sed quia in magno est metu, ne opprimatur patris reditu, & penitus pereat, consulat ea de re seruum astutissimum, quid faciendum sit. Hinc Syrus spem facit, nihil esse periculi, etiamsi pater rure redierit. Se enim tenere affirmat singularem modum tractandi & placandi iratum animum senis.

ALIVD EIVSDEM.

REdit adolescens ab amica timidus, nonnihil metuens durum ac tristem patrem. Sed quia intelligit patrem ruri esse, facile omittit omnem tristiciam ac metum satis significans sua oratione, quo loco habeat suum parentem, quem tantum metuit præsentem, absentem uero minime. Postea deliberans secum, quid nam respondere uelit parenti suo rure redeunti, admonetur à Syro, ut nihil mali cogitet, sed bono sit animo, maxime cum talem habeat patrem, qui iratissimus in momento quasi placari possit.

ALIVD ἄλλο.

COnsultatio Ctesiphonis cum seruo, quomodo patri excusset suam absentiam. Depingitur autem in hac Scena ingenium probi ac simplicis adolescentis, qui etsi fratris & Syri consuetudine nonnihil sit corruptus, tamen quædam natiuæ probitatis adhuc retinet uestigia, ut qui patrem reuereatur, & auersetur mendacium, Ac docet hæc Scena exemplo Ctesi-

phonis, quantum bonis moribus obsint, prauorum hominum commertia.

ALIVD ἄδηλον.

HOnesti adolescentis typum hæc Scena complectitur. Ctesiphonem enim patrem suum ruri manere aliquandiu exoptat, quo melius posit explere animi sui libidinem. Deinde à Syro seruo uersuto adolescens ignarus dolos instruitur, qua ratione se & absentiam suam debeat apud patrem purgare.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. IIII. Scen. I.

Ain' patrem, &c.

ITerum producit Ctesiphonem adolescentem, & Syrum ueteratorem consultantes de fallacia seni intendenda, ut palam fiat quam sit demens & oculis captus senex Demea, qui dicebat supra se totis sex mensibus olfacturum prius, quàm ille quicquam cœperit. Adolescentium mores & seruorum malicia hic depingitur.

Rectius) Id est, commodius. Miserè mis) Misere, male, bene, pro ualde. Vide Vallam lib. 2. cap. 35. Supra in Eunuch. Illi inuidere miseri. Et in And. Nos omnes scimus, quam miserè hanc marit.

In lætitia degere) Mit freuden zubringen. Supra Hilarem hunc ſumamus diem.

Prius nos oppreſsiſſet) Opprimo, Ich drucke vnter. Opprimo, Ich vberfalle. Vt, ſubito oppreßit hoſtem. Supra, Vt in ipſo articulo oppreßit. Sic refertur ad noctem, Nox opprimebat nos, priuſquam ingrediemur in urbem. Cicer. de ſenect. Quoties nox oppreßit, cum mane cœpiſſet. &c. Infra in Prologo Hecy. transfert Poeta ad calamitatem, oppreßit calamitas.

Amicus hoſpes) De iure hoſpitij uide ſcholia in Ciceronis epiſtolam 20. lib. 13. Item Liuium lib. 5. Dec. 3. in hiſtoria de Badio Campano & Criſpino. Hoſpes paßiue dicitur, qui excipitur hoſpitio, ein Gaſt. Actiue uero dicitur, qui excipit hoſpitio ein Wirdt. Cliens. mündlen.

Pernocto) Ich bleibe vber nacht an einem orte. Vt cum dico, Vbi pernoctaſti. Interdiu, am tage. Noctu, des nachtes.

Ocioſus es) id eſt, Sis quietus. Bis du zufrieden.

Facio te Deum apud illum) id eſt, In cœlum te uecho. Facere aliquem Deum, ſignificat aliquem magnifice efferre, in Himel heben. Sicut ſubijcit, Narro tuas uirtutes.

Lupus eſt in Fabula) Prouer. Wenn man des Wolffs gewehnet/ ſo iſt er nicht weit.

SCHOLIA QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. IIII. Scen. I. A an', &c.

COnsultat Ctesipho cum Syro, quomodo se patri purgare debeat, quod tamdiù domi absuerit. Hic igitur uidemus, quomodo is sit affectus, cuius animus ex delicti conscientia, ratione honesti & cupiditate peccandi huc illuc uariè impellitur. ἄλλως. Hæc Scena est generis Deliberatiui. Sollicitus enim Ctesipho timens aduentum & iram patris à Syro confirmatur, ut sit bono animo. Orditur autem ex abrupto. A in') Percunctatio adolescentis, qui est in magna læticia, & quoq; in maximo metu, sicut solent esse amatores, qui habent promiscuos affectus. A in') Pro aisne. Patrem) scilicet. Demeam. Iam dudum) scilicet, Rus abijt. Aller erst. De paruo tempore loquitur. Dic sodes) id est, Noli me fallere, uel dic, scilicet, uerum, Est aduerbium blandientis & adhortantis, Sodes. Villam) Er ist auff seinem forwerghe oder auff seinen gütern. Aliquid operis facere) Est periphrasis uerbi, laborare. Q. d. Exercebit se rustico opere. Circumstantia temporis. Vtinam) s. Faceret aliquid operis, aut esset apud uillam. Quod cum salute eius fiat) scilicet, Sine periculo & discrimine uitæ, Das es jhm nur am leben nicht schadete, Obserua ingenium contumacium liberorum, quo loco habeant suos parentes, quos tantum præsentes metuunt. Absentes uero superbè contemnunt. Defatigarit)

garit) ſcilicet, laborando, uel, perpetuis laboribus. Vtinam quidem) Donatus diſtinguit poſt, utinam, & ſubaudit hæc uerba, quæ præceſſerunt, nimirum, utinam quidem apud uillam ſit. Poteſt tamen ad ſequentia referri, ut ſit, utinam quidem ſe defatigarit, ut hoc uerbū, defatigarit, ſit optatiui modi præteriti perfecti temporis. Fiat) Eſt precantis. Nam mortem imprecari parentibus, non conueniret adoleſcentibus. Nam eſſet Tragicum. Eius) ſcilicet, Demeæ. Salute) id eſt, Salua tamen uita. Triduo) id eſt, Per tres hos integros dies.

Ita fiat) id eſt, Idem ego quoq; opto. Bene conſolatur eum in re peßima. Rectius) .i. Melius, commodius fieri poteſt, quam hoc fiet. Istoc) ſcilicet, Quod tu optas, ſcilicet, triduum. Rectius) ſ. ſit, ſi etiam moriatur. Ita) ſ. Opto. Obſerua inſaniam adoleſcentis, quod præfert ſuum amorem uitæ parentis. Nimis) Pleonaſmus. Sunt ambo aduerbia intendendi. Nam) Ratio, quare uelit, ut pater prorſus decumbat, aut etiam moriatur. Perpetuum) id eſt, integrum. Vt) .i. Quemadmodum. Potis eſt) ſ. Fieri, So auch etwas geſchehen könnte. Degere) id eſt, Tranſigere, producere. Illud rus) id eſt, Villam mei patris. Amplificatio à circumſtantia loci. Dicit autem cum animi commotione. Male) id eſt, Valde. So ſehr. Prope) ſ. Ciuitati. Abeſſet) ſ. Ab urbe eſſet ſitum. Oppreſsiſſet) ſ. Patrem meum. Illic) ſcilicet, ruri. Huc) ſ. In urbem. Illud rus) Cæcus ex amore adoleſcens affectui illi ſuo magis, quam rei

consulit, adeo ut nullam suburbanam, quæ alius alicuius delectaretur, ipse oderit. Vbi) Ratiocinatio. Nunc) scilicet, cum rus sit tam prope. A præcedentibus argumentatur. Illic) id est, Ruri. Sat scio) Quia noui ingenium patris. Significat nimiam sollicitudinem patris. Recurret) scilicet, Ad urbem. Rogabit) s. Rediens domum. Quem) scilicet, Patrem. Dicam) .i. Respondebo parenti. Ego) .i. Occupatus in amore. Petit consilium à patre. Nihilne in mente est) scilicet, Quo possis fallere patrem, uel, Nullamne caussam habes, quam prætendas. Kanstu nicht irgent ein schnelle lügen erdencken. Locus communis, adolescentem aut hominem liberum, sapientem, aut cautum debere esse ad honesta, non ad malitiam. Seruus igitur nequam mendacij author est adolescenti.

Nunquam quicquam) id est, Nihil est in animo, nihil possum fingere, nullum mendacium est paratum. Nequior) scilicet, Tu es, Indeste grôsserer noth stehestu / deste erger hastu es. Cliens) Docet & dat regulas mentiendi. Vide autem egregium magistrum ad nequitiam, qui simplici adolescenti uiam mentiendi demonstrat, honestum tamen afferens argumentum Nemo) Pro, Nullus. Sunt) s. Cliens. amicus, hospes. Postea) scilicet, Quid ad me. Data) scilicet, dicito. Ich bin jhnen zu willen gewesen. Quæ Ist Opera. Data) scilicet, Amicis, quomodo potest. Non potest fieri) s. Vt credatur. Q. d. Non possum illa prætexere, Quia pater non credet. Potest) Argumentum à facili. Interdiu) scilicet, Fieri

potis,

potest, ut dicam de opera data amicis. Q. d. Illa excusatio ualebit apud parentem. Hic) id est, apud puellam. Caussæ dicam) .i. Quam adferam excusationem, si hic pernocto apud puellam. Deliberatio, quid nam respondeat parenti rure redeunti.

Vah) Lætantis. Formula de re impossibili, estq; ironia seu iocus, quo irridet simplicitatem adolescentis. Operam dare) Scilicet, Inseruire, zugefallen sein. Ociosus) Id est, Ne sis sollicitus, sis securo animo. Feruit) Id est, Cum maxime est irritatus, & incensus plane, quando nemo audet illum alloqui. Illius) Id est Patris tui. Calleo) Id est, Callide teneo. Addit αὐτ ιονολογίαν. Ich weiß seine weise wol. Feruit) Wenn er am sehrsten wütet vnd tobet. Tum placidum) Id est, Mitissimum, tranquillum. Quomodo) Scilicet, Potes sic placare meum patrem. Admiratur illud artificium. Laudarier) Pro laudari, per Paragogen. Alludit ad hoc, quod antea dixit de suo filio. Quod autem Syrus hic de Demea dicit, de omnibus parentibus dici potest. Omnes enim iuxta afficiuntur uirtute & morum dexteritate in filijs, & nemo tam asper est pater, ut non mitescat laudato filio. Facio te apud illum Deum) Scilicet, Valde prædico tuas laudes, magnifice te effero, extollo te ad cœlum usq;. Hyperbole prouerbialis de singulari laude dignis. Virtutes) s. Singulares. Meas) s. Virtutes prædicas. Tuas) Scilicet, Narro uirtutes. Homini) s. Patri tuo Demeæ. Gaudio) Scilicet, Præ. Hem) Monentis de præsentia patris. Cadunt) Es gehen ihm die augen

alde vber. ἄθυμον est. Quid nam est) Id est, Vbi est aliquid periculi. Paraſceue ad ſequentem Scenam, & est imperfecta ſententia propter ſubitum aduentum ipſius patris. Lupus) Innentis ſilentium. Est) Scilicet, In medio ſermonis. Ergo taceas. Vide Eraſ. in Chilia. Pater) Dolentis est. Q. d. Ipſe interuenit, de quo loquimur. Agimus) Scilicet, Quid nunc est faciendum. Intro) ſ. ad amicam. Videro) Scilicet, Quid agendum ſit. Rogabit) ſ. De me pater. Nuſquàm me) ſ. Dicas uidiſſe. Submiſſa uoce iſta ſunt pronunciãda, & ſummæ celeritate. Deſinas) id est, Teneo, quid ſit faciendum, Q. d. Deſine.

ARGVMENTVM M. AMBROSII IN ACT. III. SCEN. II. Næ ego, &c.

DEmea fratrem Mitionem apud forum conuenturus inter eundum mercenarium uidet à uilla uenientem, ex quo diligentiſimè percunctatur, quid ruri agatur, & an filius Cteſipho aliquid operis faciat. Ignarus itaq; mercenarius omnium, quæ conficta erant per ſeruum ad fallendum ſenem, ingenuè fatetur id, quod res erat, ſe hoc toto die non uidiſſe filium. Hæc tota res miſerum parentem ita ſollicitum reddit, ut quid primum agat, omnino neſciat. Cupit quidem utrunq;, uidelicet, ut quamprimùm cum fratre expoſtulet, & Hegioni ex fratris ſententia aliquid certi reſpondeat. Tum etiam uehementer ex-

crucia-

cruciatur animo, quod intellexit Ctesiphonem non esse
ruri, unde paruam facit coniecturam, quod & ipse se-
ductus inhoneste discat uiuere. De his curis suis ac mi-
seriis principio hic conqueritur senex. Deinde, quia
non potest inuenire fratrem apud forum, constituit re-
cta pergere ad eius aedes. Hic uero adolescens, poste-
quam uidet aduentare patrem, maximopere periclita-
re incipit. Fuisset enim actum de toto amore, si pater
filium apud amicam deprehendisset. Sed magno peri-
culo sua astutia Syrus succurrit, qui senem proximum
aedibus Mitionis, & fores iam aperientem callidissimè
amouet. Is quia intelligit se interrogatum iri de ado-
lescente, quem ruri esse dixerat, reprehensionem men-
dacij praeoccupat querela & accusatione aduersus
Ctesiphonem, à quo indignissimè uerberatus fuerit, &
ut causae fictae maiorem addat fidem, minatur se post-
hac nunquam passurum similem iniuriam, sed poste-
quaesiturum alium dominum, apud quem non patia-
tur eiusmodi indigna. Paulò post interrogatus à sene,
num frater domi sit, iterum praebet se in fallendo De-
mea diligentissimum, atq; astutissimum. Illi enim
ostendit multas incertas uias inueniendi fratrem. Ita
persuasus Demea ab aedibus fratris non sine maximo
risu omnium discedit.

ALIVD EIVSDEM.

Experitur hic Syrus suam artem in fallendo se-
ne, quod & callidè & artificiosè facit, nec infe-
liciter procedit institutum. Vtitur autem ad eam rem
gestu

gestu & uerbis, quibus planè persuadet Demeæ, se indignis modis uerberatum esse à filio. Postea interrogatus de Mitione, ubi esset, ridiculè digito demonstrat uiam & locum, sed ita, ut miser senex nusquam gentium inueniat suum fratrem, sed tantum frustra perreptat totum oppidum. Hoc fingitur à seruo in hunc finem, ut moueatur pater iratus, ne in ipso articulo filium amatorem opprimat, & ne conuiuium paratum turbetur.

ALIVD EIVSDEM.

ADmonitus pater à mercenario filium non esse ruri, in nouũ luctum conijcitur, nec satis intelligit, quid nam agere debeat. Quare de tantis suis miserijs hic primum conqueritur, sed statim artificiosissimè fallitur & persuadetur à Syro, ut incipiat iterum bene sperare de filio. Inprimis uero luditur interrogans de suo fratre. Nam demonstrato loco tanquam digito frustra perreptat totum oppidum, nec fratrem inuenire potest. Has tantas astutias ideo excogitat seruus, primùm ne senex adolescentem in ipso articulo opprimat. Deinde ne conuiuium iam paratum turbetur.

ALIVD ἄσκλον.

SYrus persuaserat Demeæ filium suum Ctesiphonem ruri esse, sed mentitum esse seruum, ex mercenario quodam intellexerat. Quare nunc redit quæ-

rens

rens Mitionem, ut cum eo expostulet de indignitate facinoris, nempe, de uitio oblato uirginis, quod peccatum est in uirginem ciuem. Verum mira calliditate eruditur à seruo in demonstrando itinere per uarias ambages, ubi posit conuenire fratrem, ne Ctesiphonem, qui totus est in amore deprehendat. Vt autem hoc facilius misero seni persuadeat Syrus, se indignissime à Ctesiphone uerberatum esse ait.

ALIVD ἄδηλον.

IN sequenti Scena Demea est admodum querulus ad tria incommoda. Quia fratrem nequit inuenire, & Ctesipho filius, cum non sit ruri, magis torquetur. Deniq; est ualde incertus, ad uillam abeat, an in urbe maneat. Syrus autem huic uafre & artificiose locum demonstrat, ubi sit inuenturus Demeam. Hoc autem totum effingit, ut amoueatur ab ædibus Mitionis, in quibus erat Ctesipho.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MI. seni in Act. IIII. Scen. II.

Næ ego homo, &c.

NAE ego homo sum) Vbiq; sibi respondet, & sui similis est Poeta in describēdo sene morosо & quæribundo, insuper etiam demente. Idem agit in descriptione Syri, &c. Ita tamen, ut subinde nouus in eo describendo ueniat, ut ita ostentet cum

omni

omni laude & admiratione copiam rerum & uerborum. Nam ut hoc præstaret doctißimus Poeta, laborasse uidetur, & assecutus est id felicißimè.

Prorsus se irruat) s. Tanquam hostis depugnaturus. Supra in Eunuch. Proruunt se.

Durare) Dawren. Vt hic, Quis potest hic durare. Sic est apud Virg. Durate, & uosmet rebus seruate secundis.

Patrissas) s. Imitaris uestigia patris. Supra, Similis maiorum. Vide elegantißimum locum de Phœnice & Achille apud Homerum 9. Iliad.

Idem sensit, quod ego) Vide, ut placeat sibi demens & stolidus senex in ementita laude Ctesiphonis.

Nosti porticum) Porticum latini uocant, quod Græcis λέσχη dicitur. H. e. Conuenticulum, ubi conueniunt siue mercatores, siue quicunq; ad disceptandum siue disputandum, in quibus deambulabant delectandi animi caussa mercatores, & audiebant si quæ à peregrinis adferebantur noua, sicut & adhuc cernere est Venetijs. Deinde etiam Philosophi sectas suas in illis profitebantur, sicut Stoa talis porticus fuit Athenis, ubi Zeno docebat. Inde dicti sunt Stoici, sicut & λυκῆον porticus fuit, ubi Philosophabatur Athenis Aristoteles. Et Græci ab isto more nugandi in porticubus, formant elegans uerbum στενολεσχεῖν, quod garrire significat & effutire. Est apud Aristophanem in Nubibus.

Capri-

Dezef 1968

Caprificus) wilder Feigenbaum. E syluestri genere ficus nunquam maturescens. Plin. lib. 15. Cap. 19. Fert autem ficus, quæ ἐρίνεοι uocantur.

Vbi ad Dianæ veneris) scilicet, Templum. Græcismus est, Dicunt enim Græci, Ad Plutonis scilicet ædes. Ad Trophonij scilicet specum, Sicut locutus est Aristophanes in Nubibus, ὡς δέδοικ' ἔγω, εἴσω καταβαίνων ὥσπερ ἐς τροφωνίου. Sic Cicerero lib. 14. Epist. 2. Ad Vestræ dixit. Et Liuius, Ad Murtiæ, Ad Veneris, scilicet Templum.

Fabrica) Eine Tischerey oder Zimmerhütte, da Handwercks leute bey einander arbeiten.

Lectulos) Lectos uocat mensas. Liuius Dec. 3. lib. 8. Et eodem lecto Scipio & Asdrubal accubuerunt. Sic & uocauerunt Græci Triclinia. Huc allusit Martialis, Sæpe tribus lectis uideas cœnare quaternos.

Iligneis) Ilex arbor glandifera est, quarum multæ sunt species, Eas omnes recenset Plin. lib. 16. Cap. 6. Græcis dicitur πρῖνος. Hinc Iligneum, quod ex Ilice factum.

Silicernium) Latini uarias metaphoras prouerbiales habent in homines extremæ, decrepitæq; senectæ, quiq; breui mittendi sunt ad inferos. h. e. morituri, ut, Alterum pedem in cymba Charontis habet. Item, Senex Acherontius apud Plautum. Item, Capularis senex. Item, Silicernium, qua uoce usus est Terentius hic in Adelph. Germani eodem modo dicunt in senem incurnum, mortiq; seu tumulo proxi-

mum. Er ſtehet wo er ligen wil. Item, Er gehet auff der gruben, Mire autem uariant Grammatici in explicanda Etymologia uocis. Silicernium. Sextius enim Pompeius ſic ſcribit, Silicernium eſt genus farcimonis, quo familia à fletu in luctu purgabatur. Dictum autem Silicernium, quia cuius nomine ea res inſtituebatur, is iam Silicem cerneret. Nonius Marcellus ſic definit. Silicernium peßime intelligentes ita poſuiſſe Terentium putant, quod in curuitate Silices cernat Senex. Silicernium eſt proprie conuiuium funebre, quod ſenibus exhibetur. Varro Meleagri funus exequiis laude ad ſepulchrum antiquo more Silicernium confecimus, &c. H. e conuiuium, in quo prinſi diſcedentes dicimus alij alijs uale. Donatus ſic annotauit, Silicernium cœna eſt, quæ infertur Dijs manibus, uel quod eam ſilentes cernant, id eſt, umbra poßideant, uel quod, qui hæc inferunt, cernant, neq; deguſtent. Nam de his, quæ libantur inferis, quiſquis comederit aut biberit, funeſtatur. Hinc Terent. in Adelph. appellat ſenem Silicernium, qui iam iam Silentibus umbris cernendus ſit. Alij Silicernium nomen factum à Terentio exiſtimarunt pro ſene, quod incuruitate Silices ſpectet. Quirecte ſentiunt, inquit Perottus, Silicernium affirmant, funebre conuiuium eſſe, quod ueteribus exhiberi ſolebat, dictum, quod cum ſilentio edentis cernerentur, uel propter defunctorum memoriam, uel quod cogitarent ſe mox illum ſecuturos. Quare abeuntes è conuiuio, uelutiſe amplius non uiſuri, mutuo ſe ſalutabant. Extant annotationes [illegible] certis

certi authoris ad Calcidium Grammaticum, de obscuris ueterum uerborum significationibus, ubi sic legitur, Silicernior dici uoluerunt senes, iam incurnos, quasi iam sepulchrorum Silices cernentes, unde & Cincius Alimetus in historia de Gorgia Leontino scribit, Qui dum iam Silicernius finem sui temporis expectaret, & si mori non potuit, tamen infirmitatibus exultauit.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. IIII. Scen. II. Næ ego, &c.

ITerum ridetur & salsissimè eluditur Demea à Seruulo, ne Ctesiphonem, aut adeò peccatum illius deprehendat. Locus communis est, Seruilia quæq; ingenia ad maliciam maximè esse prona, perspicacia ac callida. Itaq; seruî ubiq; ferè sic introducuntur à Comicis, ut sint magistri nequam stultis ac imperitis adolescentibus. ἄπαξ. Continet hæc Scena improborum hominum exemplum, qui optimis ac simplicissimis quibusq; maxime gaudent imponere, quemadmodum Syrus hoc in loco denuo Senem deludit, ne Ctesiphonem in urbe cum amica deprehendat. Næ) Exordium à querela. Næ) Cum Dipthongo, est Aduerbium affirmandi, pro, certe, profecto, sint dubio. Sed Donatus uult esse Aduerbium intendendi, & ponitur pro ualde. Hæc sunt uerba tristissimi Senis. Primum) Expositio miseriæ per distributionem.

Quia additrationem, quare sit infelix. Gentium) Pleonasmus est. Fratrem) Scilicet, Mitionem. A villa) Scilicet, Mea uenientem. Filium) ſ. Ctesiphonem. Nec) Conclusio. Syre) Vox timidi adolescentis. Describitur enim tanquam amator. Ais) Scilicet, Clamas. Verum) Est Aduerbium affirmandi. Q. d. ita, quæritte. Perij) Quia pater adest. Bono animo) Id est, Sis ociosus. Verbo, est, Substantiuo additur Ablatiuus significans dispositionem, aut qualitatem aliquam.

Quid) Ridicula Senis querela. Malum) Est Interiectio dolentis, uel exclamatio indignantis. Decernere) Id est, Mecum constituere, mich dreim richten. Nisi) Pro, Sed. Huic rei) Pro, ad hanc rem. Ferundis) Scilicet, Ad ferendas miserias. Q. d. Nihil experior, nisi calamitatem. Primus) Expolitio Rhetorica, in qua indicat Poeta, quomodo non possunt non se laudare sapientuli illi, sicut ipse Poeta indicat ineptiam, Syro dicente, primum ait se scire, &c. Mala) Id est, In nostra familia, uel, flagitia, quæ designauit Aeschinus. Omnia) Scilicet, Quæ sunt mala in nostra familia, uel, omnes miseriæ. Obnuncio) Scilicet, Aliis indico mala, quæ acciderunt. Aegre) Scilicet, Ad extremum. Quid) ſ. Mali in nostra familia. Q. d. Frater nihil mouetur istis omnibus miserijs. Fero) Ich nim michs allein an. Sentio) Ich werde es am erſten inne. Differentia est, obnunciamus mala. Annunciamus læta. Fero) Id est, Mihi soli contingit, Es gehet mir alleim zu herzen.

Rideo)

Rideo) Ridet illum Syrus, & orationem inuertit. Hunc) i. Senem. Iocus ex inuersione. Nunc) Consilium, & occasio futuri colloquij. Redeo) Scilicet, in urbem. Viso) Id est, Venio ad uidendum. Ich wil sehen. Huc) Id est, Ne irrumpat in domum. Irruat) Scilicet, Tanquam hostis depugnaturus. Der nicht herein gelauffen kompt. Irruat) Hoc loco Neutrum positum est pro actiuo per Enallagen generis, Sic supra. Cæteros ruerem. In Andria, sese facilè his emersurum malis. Etiam) Significatio corripientis. Etiam tace) Antiqua locutio est, teste Donato, pro, tace. Cauebo) Scilicet, Ne irruat. Nunquam) Amatorium Enthymema est, Res est periculosa, Ergo non cuiuis est committenda. Committam) Id est, Credam, quod tu possis cauere, ne irruat. Cum illa) Id est, Psaltria amica. Q. d. Non habeo tibi fidem in hac re. Age) Assentientis cum quadam difficultate. Amouebo) Scilicet, Senem tanquam saxum, faciam discedere & abire. Ich wil ihnen beseits thun. Emphatice & odiosè dixit, amouebo, à saxis magni ponderis sumpta Metaphora, Q. d. Magno labore sibi efficiendum esse, ut abeat senex. Cellam) In eine kammer oder Gewelbe.

Non hercle) Querimonia Syri, qua eluditur Demea, ne deprehendat Ctesiphonem. ἄλλως. Confecta querela serui uerberatum se simulantis, quo facilius fides sibi habeatur à sene. Fingit igitur in Ctesiphonem se uehementer stomachari. ἄλλως. Exordium ab indignatione, qua commentum uersimile

facit, quod eludere uult senem. Durare) Id est, Perse-
stere in rebus aduersis, in tantis aduersitatibus. Alli-
dit ad indignam seruitutem. Si sic fit) Wer kündte die
bleiben/ wenn es also zugehet Scire) Scilicet, Tan-
dem. Quot) Scilicet, Quam multi. Miseria) Sci-
licet, Seruorum, quod coguntur multis seruire Domi-
nis. Exclamatio de durissima seruitute & interroga-
tio. Gannit) Id est, Plorat, was helfert er. Meta-
phora sumpta est à canibus, Tametsi alij deduci ue-
lint à uulpibus. Hîc autem per contemptum refertur
ad hominem, scilicet, Syrum. Vult) Scilicet, Serus
illa indignatione. Bone vir) Q. d. Omnium pessi-
me, Ironia. Frater) S. Mitio. Quid malum) Interie-
ctio indignantis. Narras) S. Ludis me ista appella-
tione. Perij) Id est, Antea fum miser. Bone vir)
πχνπῶς ponitur. Rogitas) S. Quid mihi sit.

Ctesipho) Narratio admodum artificiosa,
continens accusationem. Pugnis) Mit trucknen feu-
sten. Occidit) Propositio. Vsq;) Id est, Ferme, pro-
pe, aut usq; .i. ualde. Auxesis. Illi enim, qui eedunt,
solent factum extenuare. Cæsi uero exaggerare. Hem)
Ostendentis uox est, & quasi hypotyposis. Disci-
dit labrum) Synechdoche, pro toto ore, Sihe / wie
hat er mir das Maul zudroschen. Discidit) Media
syllaba breuis est, à scindendo, teste Donato. An) S.
Ctesipho. Impulsore) id est, Authore, suasore, das ich
darzu geraten habe. Hanc) Scilicet, Psaltriam. Non)
Pro, nonne. Produxe) Pro produxisse, Syncope est.
Factum) .i. Ego produxi, non possum negare. Am-
plificatio

plificatio rei à persona. Post) ſ. Deductus. Insani. ens) ſcilicet, Præ indignatione. Exaggeratio atrocitatis à circumſtantijs ætatis. Pepercit) ſcilicet, Ad me ueniens. Puduisse) ſ. Mirum eſt, uel turpe eſt, Solte er ſich nicht ſchemen. Conqueritur Syrus non de conditione ſeruili, quæ erat uiliſsima, ſed de ætate ſeruili, ut magis commoueat Demeam ad commiſerationem. Senem) Ab ætate argumentatur, Q. d. Non debuiſſet conſiderare ſenectutem meam, et eſt locus de ſenectute, quæ apud ueteres in magno pretio atq; honore habebatur. Huc referri uidetur illud Ciceronis, 1. Offi. Adoleſcentis eſt maiores natu uereri, cui adſtipulatur, Ouid. 4. Faſt. cum inquit, Magna fuit capitis quondam reuerentia cani, Inq; ſuo precio ruga ſenilis erat. Senem) ſ. Me Syrum. Quem) ſ. Filium Cteſiphonem Gratus affectus eſt.

Laudo) Eſt Apoſtrophe, ad abſentem, omnino enim credit ſenex. Laudo) ſ. Quod ita uerberaſti ſeruum, uel, Laudo, ſ. hoc tuum factum, aut inſtitutum. Patriſſas) id eſt, Imitaris in omnibus rebus patrem, Sequeris ueſtigia parentis, Du nimpſt dich deines Vaters weiſe an/ du verterſt dich. Paternos mores imitaris. Virum te iudico) ſcilicet, Si ſimilia feceris. Virum) Hoc loco non ſignificat ſexum uirilem, ſed fortitudinem uirorum. Teren. ſupra in Eu. Act. 1. Scen. 2. Heu noſter, laudo, tandem perdoluit, uir es. Laudas ne) ſ. Propterea filium tuum, quia poteſt uerberare miſerum ſeruum. Addit comminationem. Laudas) ſcilicet, Filium tuum, quia me uerberauit.

Continebit manus) .i. Comprimet, supra. Item, abstinebit, infra. Er wird keine hand mehr an mich legen. Posthac) s. Si redierit. Fortiter) scilicet, Egit, aut, factum est. Per quam) s. Fortiter se gessit. Illudentis est. Quia confutat seruulus id, quod Demea dixerat, fortiter. Per quam) Argumentum a conditione & ironia. Er hat redlich gehandelt. Mulierem) s. Psaltriam. Referire) Der ich mich nicht dürffte wider wehren. Huic) εἰρωνικῶς, & ridentis, Den solteſtu wider den Türcken schicken.

Non potuit) Periphrasis illius uerbi, patissus. Melius) id est, Aliud facere. Huic rei) .i. Emptæ psalteriæ. Caput) s. Auctorem, Q. d. Te autore hæc omnia fieri. Intus) scilicet, Domi. Non est) s. Intus. Cogito) scilicet, Sum sollicitus. Illum) s. Mitionem Scio) Exagitat senem. Sit) scilicet, Frater. Monstrabo) id est, Non ostendam tibi certum locum. Submissa uoce hæc loquitur seruus. Nunquam) s. Quandoquidem illud facere deberem, tamen non faciam. Hodie) .i. Hoc tempore diei. Hem) Indignantis & minantis. Ira) Est affirmantis hoc loco. Diminuetur) scilicet, Baculo meo, nisi monstraueris, Ich wil dir den kopff zuschlagen. Hominis) Scilicet, Vbi est. Locum) s. Domum, in quo est frater. Nostin) Facete exagitat senem, dum illum in demonstrando itinere per uarias ambages miserè circumducit. Porticum) Est locus deambulando aptus, Das Vorhauß oder die pfänd, Sicut est Antuerpiæ in Brabantia amœnissimus locus, ubi conueniunt mercatores, de suis mer-

mercibus uolentes contrahere. Vide fastum Pompeium. Kauffhauß oder Spatzierhauß. Macellum) Bey der Fleischbanck. Hac) scilicet, Via. Alij Hanc legunt. Deorsum) Nunderwartz. scilicet, Versus inferiorem partem. Sursum) Hinauff. Eo) scilicet, Ad porticum.

Cliuus) Ein berglein oder Hüglein. Valla lib. 2. Cap. 8. & 58. Deorsum) Hinab. Vorsum) id est, Aduersum te est. Monstratio & descriptio loci, qualis est etiam apud Virg. 1. Aenei. Hac) scilicet, Via. Præcipitato) Odiose in senem dicit, pro, descende. Ibi) s. Apud sacellum. Propter) Prope. Angiportum) Q. Angusta porta. Ein enges geßlein, das keinen durchgang hat. Ad hanc) scilicet, Vel ad dextram, uel ad sinistram. Quoniam) Admirantis. Illic) Irascentis, scilicet, Angiportum est. Caprificus) Ein wilder Feigenbaum. Vide Plin. lib. 15. cap. 16. & Persium Satyr. 1. Quid didicisse, nisi hoc fermentum, & quæ simul intus innata est, rupto iecore exierit Caprificus. Q. d. Quid didicisse prodest, nisi ista scientia tua, quæ uix præ tumore, pectore contineri potest, & sterilis ista gloriæ cupiditas, quæ semel innata est in mente tua, in lucem eruperit, pectore tuo patefactæ. Caprificus è syluestri genere, ficus est, nullo unquam tempore matureſcens, sed omnia, in quibus nascitur, loca ui sua penetrans, & è muris maxime erumpens. Hac) s. Via. Peruium) id est, Nullam habet uiam. Kan man doch nicht durch diß Geßlein gehen. Verum) Correctio, & est assentientis. Q. d.

Non est penuium. Vah) Admirantis & indignantis. Q. d. Non censes me posse labi & errare more hominum. Callidè dissimulat seruus se errasse. Censen') Q. d. Humanum est. Errasti) s. De angiporto. Non defendit, sed fatetur callidè deprehensum mendacium ut opinionem simplicitatis acquirat. Hac) scilicet, Via. Propius) s. Ad eum locum, ubi est frater. Minor) id est, Minus errabis. Est Enallage. Scin') Proscis ne. Ditis) s. Diuitis existentis. Eas) s. Cratini. Dianæ) s. Templum. Liuius lib. 2. ab urbe cond. Ad spei s. Templum pugnatum est. Lacum) bey der trencke / oder See. Portam) s. Ciuitatis. Pistrilla) Ein Kostmüle. Locus, ubi hominum manibus farina molitur. Ex aduersum) id est, E regione. Gellius 7. cap. 7. Fabrica) Ein Werckstadt. Ibi) s. Apud illum fabrum. Est) s. Mitio.

Lectulos) i. Mensas. Habebant enim ueteres lectos triclinares & discubitorias, in quibus coenitabant, ut ubiq; est cernere apud authores. Ligneis pedibus) Mit Eichnen Beinstollen oder Füssen. Dedit) scilicet, Locauit. Er hat verdinget. Pedibus) id est, Fulcris ex Ilice factis. In sole) s. Sub diu. Sane) Ironia. Pergere) s. Cum seruus mihi ostenderit uiam. I sanè) Irrisio. Addit imprecationem pro benedictione. Eum) s. Mitionem. Silicernium) Est ille senex, qui est apud suos in magno odio, qui est dignus, ut sit apud inferos, Aeschinus) scilicet, Non redit ad constitutam horam. Corrumpitur) s. Propter illam moram. Wird zu nichten. Exercebo) id est.

Vexabo,

Vexabo. Ich wil ihnen meisterlich vmb die fichte führen. Silicernium) Du alter schalck. Totus) Er ist ersoffen. Prospiciam) id est, Aliquid edam & bibam, Ich wil mich auch versorgen, oder für mich dencken. Vnum) ein ieglich. Bellificimum) Id est, Quod erit optimum, lautißimum, delicatißimum. Carpam) Id est, Decerpam. Ich wil daruon abzwacken oder abbrechen, Eligam. Cyathos) Die Becher, κύαθος ἀπὸ τοῦ κύω. Sorbillans) Gemach außsaffen / oder mit kosten außtrincken. Producam) Scilicet, Finiam edendo & bibendo. Quia nunquam redibit. MORALE huius Scenæ, quid Terentij Comœdiæ (quæ sunt speculum humanæ uitæ) non ideo proponuntur, ut in singulis eam sequamur, atq; adeo imitando eius mores exprimamus, sed alioru exemplis sapiamus. Scopus ergo istius Scenæ erit, ne senes, parentes, aut dominos deludamus, quos cum repueraſcunt, facilè est fallere. Imò hoc uicium astuti Syri, execrandum atq; detestandum est, atq; à bonis et ingenuis hominibus longè absit, ut senes pro ludibrio & delectamento sibi habeant.

ARGVMENTVM M. AMBROSII IN ACT. IIII. Scen. III. Ego in, &c.

Diligentißime Hegio laborat pro causſa puellæ is cum nihil certi ex Demea intelligere potuit, statuit quærendum esse Mitionem fratrem, apud quem eadem dicit de adolescente & uirgine uitiata,

quæ

quæ antea pluribus, non sine magna commotione dixerat Demeæ. In summa autem significat, se hoc unum optare, ut Aeschinus puellam uxorem ducat. Quod nisi fiat, se cognatum honestate cogi ad uirginem defendendam. Huius orationem Mitio pro sua humanitate & diligenter audit, & pollicetur liberaliter omnem suam operam in nuptijs conficiendis, adeoq; Hegionem iubet esse certum de filio adolescentis, ut qui nunquam animum induxerit deserere puellam. Psaltriam enim non sibi, sed fratri eripuisse Leononi. Hoc responsum plenum humanitatis non mediocriter exhilarat Hegionem, qui ut ostendat sibi id uehementer placere, statim agit Mitioni summas gratias, significans se iam aliud nihil desiderare. Vnum hoc petit, ut ne grauetur ire ad matrem uirginis, quæ ita sit persuasa nullas aut certe infirmas futuras nuptias, ut uix habitura sit fidem Hegioni diuersa nuncianti de fide adolescentis, nisi ipsum Mitionem audiat. Ita multæ ac magnæ turbæ, quæ ex ea re futuræ erant, commoditate ac mansuetudine Mitionis sanantur, & penitus sedantur.

ALIVD EIVSDEM.

IPse Hegio ad Mitionem uenit, priusquam redeat Demea, qui pollicitus erat se renunciaturum à fratre aliquid certi, idq; totum fit propter iram Demeæ, qui prædixit se omnia apud fratrem euomiturum. Porrò ipsum colloquium senile plenum humanitatis

descriptionem continet summæ moderationis Mitionis, qua Hegionem placatum reddit, & reliquas etiam turbas sedauit.

ALVD EIVSDEM.

NOn potest Hegio expectare, donec redeat Demea à fratre. Quare ipse adit Mitionem, eique rem exponit ordine. Producitur autem Mitio admodum moderatus ac lenis, qui pollicetur se daturum operam, ut res cum bona gratia componatur. Totum itaq; colloquium constat senilibus sententijs de officijs & de humanitate, &c.

ALIVD ἄλλο.

COlloquium duorum senum honestum liberale, et ad officij cultum conueniens, in quo Hegio cognito suo errore de Aeschino, rogat Mitionem, ut mulierculis quoq; purget filium, & eius suspicionem eximat ortam propter ereptam Ctesiphoni psaltriam, estq; hoc initium Catastrophes periculorum Aeschini.

ALIVD ἄλλο.

HAEc Scena continet tertiam partem fabulæ. H. c. Catastrophen Aeschini. Nam Hegio Mitionem de uitio uirgini oblato ab Aeschino conuenerat, à quo cum responsum iustum & æquum accepisset,

set, gratias agit, & Mitionis ingenium prædicat. Deinde petit à Mitione, ut ad Sostratam una transeat, ac eorum suspicionem dienati animi mulieribus adimat. Deinde addit sententiam communem, de ingenio & natura tenuiorum.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. IIII. Scen. II.

Ego in hac re, &c.

Πρέπον ubiq; obseruauit. Vt ab initio huius Comœdiæ uoluit exhibere Poeta in Mitione sene imaginem urbani & comis patris (opponit enim eum Demeæ difficili.) Ita ubiq; talem describit, quo fit, ut non tam impotenti animo ferat Aeschini peccatum, sed clementia potius rem æstimet, & quod ad rem est, consulat, &c. Vides præterea, quàm sit tota Scena suauissimis senilibus affectibus plena, quos Cicero uocat ἤθη.

Meum facio officium) Fungor meo officio, facio quod me decet, facio quod mihi dignum est. Ich thue das mir zustehet.

Corrigo peccatum, quod à nobis ortum est) Corrigere. Ein ding besser machen. Inde nomen Corrector, Einer der ein ding/das nicht recht ist/ausbut, vnd macht es besser. Ita hic, corrigo peccatum. H e. Ich helffe die sache hin legen/der sachen eine gestalt machen/die sache zum besten wenden.

Nisi me in illo credidisti esse hominum numero, quia ita putant sibi fieri iniuriam, vltro si quam fecere ipsi, Expostulant) Ea sic ad pristinam integritatem Bembus restituenda putauit. Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita putant sibi fieri iniuriam, ultro si quam fecere ipsi, expostules, & ultro accusant.

Suspicionem) Vide ut ipse Poeta explicet, ne uideretur argumenti oblitus esse, Reddit enim rationem, cur fuxerit in metum coniectas mulierculas & Getam seruum, &c.

Animum releuabis) Leuare, auff heben. Per Metaphoram releuare, est animum reddere, animare, Einem ein hertz machen. Dicunt Latini, Animus cecidit. Das hertz ist jhm entfallen.

Omnes, quibus res sunt, &c.) Salust. in bello Iugurthino. Cæterum ante hos te Iugurtha, qui ætate & sapientia prior es, ne aliter quid eueniat, prouidere decet. Nam in omni certamine, qui opulentior est, etiamsi accepit iniuriam, tamen quia plus potest, facere uidetur.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. IIII.

Scena III. Ego in, &c.

HAC Scena uia sternitur ad Catastrophen rerum Aeschini. Mitio enim se Hegioni excusat, diluitq; eius suspicionem, pollicens se non modo in hac re, sed

re, sed in aliis omnibus, quicquid se deceat, facturum. ἄλλως. Intelligendum est Mitionem benigne Hegioni respondisse, & ob id ab Hegione laudatum, sed quod à Poeta studio prætermissum est, ne cum spectatorum tedio Aeschini peccatum secundo recenseatur. Continet autem hæc Scena elegantem sententiam. Tenuioribus semper maiore cura satisfaciendum esse, eò quod propter inopiam, ut ait, semper credant se negligi. ἄλλως. In hac Scena Mitio præparat uiam ad Catastrophen. Primum enim purgat se & omnem suspicionem reuellit. Deinde persuadetur ab Hegione, ut Sostratæ coram omnem rem ordine exponat & illius animum recreet, quemadmodum est pauida & consternata propter raptum Psaltriæ, putabat Aeschinum derelicturum filiam eius, cui fidem dederat se ducturum. Mitio se hoc facturum statim promittit, & humanissime etiam præstat. Ego) Palam fit Mitioni Aeschini peccatum. At uero uide, quam placide à se dimittat Hegionem. Ego) Exordium est ab extenuatione beneficiorum. In hac re) id est, In caussa illa filij mei de præstanda fide. Lauder) Integritatis exemplum. Hegio) Ex abrupto oritur. Videtur autem Hegio erroris sui conscius prudentiam Mitionis collaudasse. In hac re) id est, Facilitate mea, qua usus sum in hac re, quod scilicet promiserim Aeschinum ducturum uiciatam. Meum) Argumentum à debito, quo extenuat factum. Q. d. Iacturam, quam à nobis accepistis resarcio. Officium) scilicet, Quod patrem decet, quod ad me attinet. Nu-

mera sermones utriusq; senis, & uidebis, quam sint omnia ex officio desumpta. Sic enim ipse Poeta accommodat, & suum consilium prodit. Est autem singularis quædam suauitas etiam in uerbis. A nobis) id est, Commissum à nostris, scilicet, à meo filio Aeschino. Corrigo) id est, Emendo. Sano. Nisi) Amplificatuncula à collatione. Comparat enim alios cum sua persona. Hominum) scilicet, Diuitum, qui ita sunt affecti. Vitro) id est, Praue, inuerso modo. Putant) id est, Sunt affecti. Expostulant) s. Cum eo, cui facta est iniuria. Q. d. Indignissima res est, si is, qui aliquem iniuria affecit, putat sibi fieri iniuriam, ni si expostulat cum eo, quem iniuria affecit. Sibi fieri iniuriam) scilicet, Cum debebat potius accusare, qui iniuria affectus est. Credidisti) Es sey denn / das du gemeinet hast. Expostulant) s. Cum illis, quos læsere. Q. d. Si quam fecere iniuriam alijs, ipsi expostulant atq; accusant alios, sibi fieri iniuriam. Id) scilicet, Quod solet fieri in mundo à diuitibus. Factum) s. non tecum expostulaui, uel, quia non accuso cum, cui facta est iniuria.

Ah) Correctio, seu confutaciuncula. Minime) s. Credo te esse in illorum hominum numero, uel, minime, scilicet, ago hoc, quod tu cogitas. Nunquam) id est, Nunquã aliud mihi de te persuasi, Semper iudicaui te esse probum uirum, Semper habui te pro bono uiro. Te aliter esse) Pro, Te alium esse. Nunquam te nisi uirum magnum & præclarum esse duxi. Sed) Nouus locus, qui constat petitione. Quæ-

so) ſ. Hoc unum Vt vnā) Finitis iſtis, quæ ſolent in mundo accidere, accedit ad priuata. Matrem) ſcilicet, Soſtratam. Dixit) Pro. Dixiſti, per Syncopen. Ratio propoſitionis. Eadem) ſ. De negocio filij tui. Mulieri) ſcilicet, Soſtratæ. Suſpicionem) ſ. Quam habent, quod Aeſchinus amet Pſaltriam, uel, in quam peruenerat Aeſchinus, ſe ſcilicet alieno eſſe animo. Fratrem) ſcilicet, Cteſiphonem. Q. d. Aeſchinum eſſe innocentem. Fratrem) ſ. Qui tamen tam prauus exiſtimatur. Pſaltriam) ſ. Quam amat Cteſipho. Eius) ſcilicet, Aeſchini.

Si ita) Siehest du es für gut an. H. e. Si eſt honeſtum, aut utile. Facto) ſ. Facere. Decorum perſonæ obſeruandum eſt in Mitione, quod Poeta ſemper fingat eum humanum, qui omnia in meliorem partem interpretetur, & ſi quid eſt turbarum, id omni humanitate ſedat & componit, id quod ſingulare exemplū humanitatis eſt. Quare non tantum componit malam cauſſam, ſed etiam Hegionem à ſe dimittit placatum & reconciliatum. Bene facis) id eſt, Hoc eſt officium boni uiri. Nam) αἰτιολογία petitionis. Illi) ſcilicet, Soſtratæ. Releuabis) id eſt, Recreabis eam, Du wirſt ſie frölich machen vnd erquicken. Argumentum ab utilitate Du wirſt jhr herꝛ zufriedē ſtellen. Dolore) ſcilicet, Virginis parturientis. Tabeſcit) id eſt, Deſtituitur uiribus, conficitur. Sie verſchmacht/die ſchwindſucht kompt ſie an. Aſſumitur. Alij ſic exponunt. Illi) ſcilicet, Puellæ uitiatæ. Quæ ſcilicet, Puella. Dolore) ſ. Propter partum. Mi-

(cria)

seria) ſ. Sollicitudine Poeta loquitur hic de effectibus, qui ſolent exiſtere in maximis doloribus. Menander teſtatur triſtitiam multorum malorum cauſſam eſſe, ut inſaniæ & morborum incurabilium. Functus) So haſtu dein ampt außgericht. Putas) .i. Si aliter tibi uidetur. Narrabo) ſ. Puellæ. Dixit) Pro, Dixiſti. Officio) Scilicet, Quod uis defendere ueritatem. Aliter putas) ſ. Si non exiſtimes hoc faciendum propter famam. Dixti) ſ. Hanc totam rem eſſe ortam ex fratre, non Aeſchino. Narrabo) Hegio ultro offert ſuum officium.

Omnes) γνώμη. Natura ſumus omnes ſuſpicioſi, cum res ſint nobis minus proſpere. Transfert hypotheſin ad theſin, Eſtq; inſignis ſententia ab ingenio miſerorum. Secundæ) Id eſt, Quibus res minus ex ſententia procedunt, qui ſunt inopes & tenuioris fortunæ, qui ſunt afflicti aut infortunati. Neſcio quo modo) Id eſt, Nullam habent cauſſam. Suſpicioſi) Scilicet, Quam alij homines, Sie dencken allezeit, man thue jhnen vnrecht. Ad contumeliam) ſ. Semper contumelioſe ſecum agi putant. Accipiunt) .i. Omnia ſiniſtre interpretantur. Sie deuten alles zum ergeſten. Sie nemen alles für ein ſpott vnd hohn an. Impotentiam) Id eſt, Imbecillitatem animi, infirmitatem uel inopiam, uel, quia res ſunt minus ſecundæ, uel, quia ſunt infortunati Negligi) .i. Contemni ab illis, qui ſunt fortunati, non haberi rationem ab illis. Quapropter) ſ. Quia naturales ſunt ſuſpicioſi. Enthymema. Placabilius) id eſt, Melius eſt ad

placandum ipsas. Er dienet mehr zur versünung. Commodius est. Purgare) Id est, Vt ipse dicat totum negocium. Ipsis) Scilicet, Mulieribus. Coram) Id est, In præsentia. Recte) Quod ad uerba. Verum) Quod ad sententiam.

MORALE huius Scenæ. Quemadmodum nullius Patrisfamilias ædes fœliciter reguntur ac gubernantur, ubi familia inter se non conuenit, neq; alij aliorum onera portant, sed quilibet suo more uiuit, et tantum suis affectibus indulget, ita nulla societas humana, aut denique amicitia firma esse, aut consistere potest, ubi nullus reperitur, qui ad quorundam uitia aliquantulum conueniat. Si enim Mitio hic noluisset dissolui mutua officia & humanitatem, multo acerbius Hegioni respondisset, atq; cum eo expostulasset. Sed homo natura mitis admodum coluit humanam societatem. Hac Scena igitur depingitur colloquium senile de mutuis officijs & humanitatis.

ARGVMENTVM M. AMBROSII IN ACT. IIII. SCEN. IIII. Discrutior, &c.

INtellexerat adolescens ex Canthara, quæ ad obstetricem missa erat, Sostratam propter filiam esse in magno luctu, postquam intellexit Æschinum Psaltriam rapuisse Lenoni, cuius caussa omnino filiam deserturus esset. Hac re cognita tantopere perturbatur adolescens, ut existimet nihil potuisse grauius aut

peius accidere. Commemorat itaq; in hac Scena periculum, in quo sit propter fratrem, cuius commodis ut inseruiret, singulari pietate adductus frit, & dolet supra modum, quod ipse tandem periclitetur propter tam pium officium, & excidat amica, cum qua perpetuo uiuere decreuerat. Huic querelæ addit deliberationem grauissimam, quomodo periculo longe maximo mederi possit.

ALIVD EIVSDEM.

CAnthara, quæ missa erat à matre pro nutrice accersenda, facta obuia Aeschino præ indignatione uix potuit cogitata proloqui, neq; dignum eum existimauit, cui responderet, Tamen tantum intellexit adolescens, quod apud matrem & ipsam Pamphilam omnino esset certum, se alieno animo esse post raptam Psaltriam. Hac ratione adolescens factus perturbatissimus, apud se instituit grauissimam querelam de periculo fratris, & suo, cui ut in tempore mederi possit, admodum sollicite quærit.

ALIVD EIVSDEM.

SVbito coniscitur Aeschinus in magnam tristiciam audito sermone Cantharæ, quæ missa erat pro obstetrice & indignissime fert, quod in ea sit suspicione, quasi nunc cogitet Pamphilam suam deserere. Quare re diu deliberata tandem constituit, quod coram se

gare uelit, ne mater Sostrata amplius credat uerum esse, quod de Psaltria audierat.

ALIVD ἄδηλον.

QVerela et sollicitudo Aeschini perturbati, quod in suspicionem uenisset apud Sostratam & Pamphilam de fidicinæ amore, quam non sibi, sed fratri, ut gratum faceret, eripuerat Lenoni. Post querelam est deliberatio, quomodo se purget mulierculis & tamen fratris amorem cælet, estq; hæc summa Epitasis rerum Aeschini.

ALIVD ἄδηλον.

HAec Scena continet querelam & deliberationem. Exordium est sumptum à querela. Proponit enim se esse longe miserrimum, & in summo pene periculo constitutum. Huic subijcitnr narratio, in qua exponit suspicionem muliercularum, quod uidelicet credant Aeschinum ab ipsis esse alienatum propter raptam à Lenone Psaltriam. Postea ad deliberationem accedit, in qua consultat, quid sibi in hac re sit faciendum.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. IIII. Scen. IIII. Discrutiot, &c.

COnstat hæc Scena partim querimonia de falsa suspicione, partim deliberatione de cælando

Ctesipho-

Cteſiphonis fratris peccato. Animi namq; pendet, an amorem fratris in ſe transferat, aut an proferat, cum periclitetur. Habet etiam conſilium. Pertinet hoc quoq; ad κατασκοφὴς Paraſceuen, quod ipſe adoleſcens profert rem de erepta Pſaltria non tam ad ſe pertinere, quàm ad fratrem. Vide autem modeſtiam, uerecundiam & pietatem Aeſchini, in quo eſt ingenium frugi, quod & infra uult indicare, cum inquit, Erubuit, ſaluares eſt, &c.

Id ánns mihi indicium fecit) Infra in Hecyr. Act. 4. Scen. 1. Id nunc res indicium hoc fecit. Plaut in Aulu. Anus hercle indicium fecit de auro.

Verba dediſti) Supra in Andr. Cui uerba dare difficile eſt. Item, Continuo tibi uerba dari cenſes. In Eunuch.

Fruſtrata eſt fides) Item in Andria, Etiamſi me hæc ſpes quoq; fruſtrata eſt.

Me reprehendi tamen) Ich hielte an mich, H. e. Repreſsi. Supra in Heaut. Sed reprimam me, Infra in Hecyr. Act. 5. Scen. 1. Sed reprimam me, ne ægre quicquam ex me audias.

Ac fieret palam) Supra in Eu. Act. 1. Scena 2. Continuo palàm eſt. Außbringen. Statim ſubiſcit.

Vſquàm efferri, ne qua exeat) H. e. Diſſeminare, Proferre. Infra Act. 3. Scen. 2. Außkommen I. Efferre proprie ſignificat cadauer extra urbem ſepeliendum ferre. Supra in Andr. Effertur, imus. II. Eſt ſe inſolentem gerere, magnifice ſe iactare, & de ſe gloriari. Supra in Heau. Hic me magnifice effero.

ich weiß mich köstlich. Germani utuntur in ea significatione, Sich vberheben. III. Proprie significat auß tragen, ut efferre sordes. IIII. Per Metaphoram significat aliquid diuulgare, et was außbringen, et was nachsagen, sicut proferre. Supra, An tibi uidetur hoc esse proferendum, Ita hic, Minime opus est usquam efferri, Es ist nicht noth das man iederman daruon sage.

Tot concurrunt verisimilia) Græci τεκμήρια dicunt, gewisse vermutung. Supra in Heau. Concurrunt multæ opiniones.

Expergiscere) Expergisci, auffwachen vom schlaffe, per mataphoram significat res suas diligenter curare, attentum esse in suas res, res suas astu prouidere. Supra in Andr, Seiner Sachen getrewlich vnnd fleißig warnemen / Acht haben auff seine sache.

Actutum) Id est, cito, celerrime, Virg. 9. Aeneid. Actutum pius Aeneas.

SCHOLIA QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. IIII. Scen. IIII. Discrutior, &c.

PRima pars huius Scenæ continet querelam Aeschini, qui ob auditum sermonem Cantharæ ad obstetricem missæ, in nouam tristiciam conijcitur. Admodum enim ægre fert, quod apud Sostratam et Filium eius, quam amabat, in eam suspicionem uenerit,

rit, ut certo existiment sese iam deserturum filiam propter raptum Psaltriæ, quam fratri gratificando Lenoni ripuerat, atq; ob id metuit, ne uxore excidat. Deinde re diu deliberata hanc suspicionem suæ culpa factam esse indicat, atq; adeò tandem constituit, se ad Sostratam accessurum, ut illi se coràm expurget, ne amplius credat uerum esse, quod de Psaltria adiuerat. ἄλλως. Querela Aeschini metuentis, ne propter suspicionem ex raptu Psaltriæ ortam uxore excidat. Discrutior animi) Es thut mir in meinem hertzen wehe. Admodum sum anxius, non tantum sum perturbatus. Querela amplificata Rhetorice. Mihi) scilicet, Qui sum totus in amore. Obijci) Zuhanden stösset. De improuiso) id est, Non opinati, præter expectationem. Obijci) Das mir so ein mechtig groß vnglück vber der halß kompt. Me faciam) scilicet, De me, de mea persona. Agam) s. In illo negocio propter fratrem. Significat summum esse discrimen. Certum) .i. Constitutum. Me) .i. Cum meis rebus. Membra) Expositio sui doloris per distributionem. Discrutior animi) .i. Valde crucior & angor. Solent autem nonnullis uerbis affectuũ Genitiuum addere, ut, angebat sese animi, & in Heau. Clitipho pendebit animi, & teritur animi, apud Liuium. Ita hic quoq; dixit, Discrutior animi, ac uidetur hoc Græca consuetudine fieri. Apud illos enim uerba affectuum ferè cum Genitiuo construuntur.

Membra) scilicet, Mea. Metu) s. Propter patrem. Timore) s. Diuortij causa, uel, audito diuortio,

tio. Obstupuit) .i. Non sum apud me. Ich habe mich entsetzet. Pectore) id est, Non possum instituere animum ad deliberandum seu cogitandum. Quid) s. Potest. Consistere) id est, Permanere, durare. Q. Nihil possum decernere. Vah) Exclamatio Rhetorica & dolentis. Expediam) Loß wircke. Expedire se è turba, aut malo. Supra dixit, Ex illis sese emersurum malis. Turba) Id est, Ex hoc tanto malo, ex tanta turbatione, Elend vnd iammer. Incidit) .i. Apud meam amicam Pamphilam, & matrem, quod aliam cœpi amare. Immerito) Propositio querimoniæ, & explicatio, quod illæ recte hæc de eo suspicentur. Suspicio) scilicet, Quod uelim deserere Pamphilam. Sostrata) .i. Mater uitiatæ uirginis. Credit) s. Penes quam tota res est sita. Mihi) .i. In meum usum. Scilicet, ut habeam eam uxorem. Anus) s. Canthara. Narratio indicans causam sollicitudinis. Fecit) .i. Indicauit. Atticismus est, ubi Substantiuus Accusatiuus figurate subijcitur.

Nam) Narratio figurata Mimesi. Vt) id est, Postquam. Ea) id est, Anus. Obstetricem) s. Accersendam. Hinc) s. à domo Sostratæ. Eam) s. Anum exeuntẽ. Illico) id est, Vltro, mea sponte. Signa amatoria. Rogito) s. Summa diligentia, nempe, anum. Adsiet) s. An sit uicina partu. Eone) id est, Ideo ne. Accersat) scilicet, Quia uicina est partui. Exclamat) s. Præ indignatione non respondet, erat planè irata. Abi), scilicet, Non est, quod mecum loquaris. Est significatio iratißimæ mulieris. Satis) Addit accusationem.

sationem. Diu) Scilicet, Donec tandem intelleximus. Verba) Id est, Illusisti. Fides) s. Quam dedisti de ducenda Pamphila. Fruſtrata) Id est, Decepisti nos. Du h[illegible] vns lange gnug vmbgeführet. Nobis) Scilicet, Familiæ noſtræ, Du haſt vns redlich betrogen. Hem) Scilicet, ô Canthara. Quid) s. Quo tendit iſta tua reſponſio. Inquam) s. Ego dicebam. Valeas) s. Si reſpondit anus. Hoc autem dicit cum magna animi commotione & magna ironia. Illam) id est, Pſaltriam. Placet) Scilicet, Quam emiſti. Illico) ſcilicet, Ex ſermone anus intellexit. Suſpicati) s. Quod amem Pſaltriam. Reprehendi) s. Iratus exiſtens reſponſione & excuſatione. Ich habe nicht laſſen ſchnappen. Ich hielte mich ein. Garrulæ) .i. Cantharæ. Fratre) s. Creſiphone. Fieret palàm) s. De fratre & amore fratris.

Nunc) Secundus locus est deliberatio ualdè illuſtris, quod remedium eſſet inueniendum huic malo. Faciam) s. In tanto periculo. Hanc) s. Pſaltriam. Eſſe) Scilicet, Amicam fratris. Opus) Magis intuetur commodum fratris, quam ſuum. Efferri) .i. Diuulgari, proferri, fieri palàm. Age) s. Finge. Mitto) Scilicet, Sino hoc. Potis est) .i. Poteſt. Exeat) s. Hanc eſſe fratris amicam, uel, ne ſpargatur rumor de fratre. Das es müge verſchwiegen werden. Id ipſum) s. Quod rapui Pſaltriam in gratiam fratris. Vt) s. Ne non. Tot) Addit rationes, quare non credant. Concurrunt) Scilicet, Vt credatur meam eſſe. Veriſimilia) Es ſind ſo viel dinge, darauß ſie es

kõndten

kõndten abnemen/das es war ist. Verisimilia) Id est, Signa non necessaria. Nam sunt duplicia signa, ἐνδόξα enim dicuntur signa, uerisimilia consentanea, congruentia, sed non necessaria, quæ ex signis probabilibus & uerisimilibus uerisimilem conclusionem colligunt, et etiamsi plæráq; uera sunt, tamen interdum fallunt, ut, Nubes sunt, Ideò fiet pluuia. Hic loquitur cum meo inimico, Ergo & mihi inimicus est. Hic iuuenis est pallidus, Ergo nimium studet. Cruentum gladium secum domum gessit, Ergo perpetrauit cædem. Alia signa sunt τεκμήρια H.e. Vera & necessaria, ordinata, quæ ex certis & concessis signis certam conclusionem constituunt, ut, luxerit, ergo Sol oritur. Quia luxescere est proprius effectus Solis orientis. Fumus est, igitur ignis est. Hæc uirgo habet lac, Ergo peperit, uel est grauida. Egomet) Commemorat signa. Primum autem signum est, quo conijcere possum esse meam amicam. Rapui) ſ. Lenoni Psaltriam. Ipse) Secundum signum. Solui) ſ. Apud forum Lenoni dedi. Abducta) Tertium signum, & quod est maximum. Ad me) Scilicet, Tanquam meam. Culpa) id est Nemo est in culpa, nisi ego. Mea) ſ. Non culpa fratris. Q. d. Non fuisset opus, ut soluissem argentum in omnium conspectu, ac mecum postea abduxissem domum. Hæc) ſ. Illam esse de me suspicionem. Hanc) ſ. Meum amorem erga Pamphilam. Vtut) i. Vtcunq; siue bene, siue male. Eam) ſ. Pamphilam. Indicasse) Scilicet, Oportuit. Increpat seipsum, quod rem nõ communicauit cum parente probo. Ducerem) Scilicet,

Quam

Quemadmodum promiseram Sostratæ. Exorassem) Prædicat istam humanitatem & facilitatem patris Mitionis, Cessatum) Scilicet, à me. Quid. Hactenus nihil dixi meo patri.

Nunc) Apostrophe ad seipsum, Estq; tertius locus, consilium. Expergiscere) Id est, Vi aliquid conficiatur in illo negocio, me dormiente hoc non efficitur, etiam Dijs adiuuantibus nunc opus erit, multis uigilijs. Illas) Scilicet, Ad matrem & Pamphilam. Primum est) Id est, hoc agam. Purgem) i. Vt liberem me hac suspicione. Accedam) Nunc uult expedire id, quod instituit, dum adhuc causa est recens. Horresco) Id est, Contremisco. Vbi) s. Postquam. Quia significat, quod sæpe tentarit. Quia ualde sibi timet ab amica, & matre. Occipio) Amatorium hoc est. Heus) Tandem recipit animum & sese nominat, quod eo ueniat animo, sicut antea fuerit. Aperire aliquis) Thue eins auff. Aliquis ponitur in singulari numero, & tamen habet significationem pluralem, & est Prolepsis. Subintelligitur enim uerbum, aperiat, uel est Archaismus. Quia ueteres, aliquis, quis, quispiam, incerto numero & genere usi sunt. Potest & esse Syntheses iuxta Philip. Melanth. Actutum) Id est, Cito. Prodit) Metuentis est. Concedam) Ich wil ein wenig beseits tretten. Parascene ad sequentem Scenam.

ARGV-

ARGVMENTVM M. AMBROSII IN ACT. IIII. SCEN. V. Ita vt dixi, &c.

MItionis præsentia ac humanitate Sostrata omnino placatur, quæ desinit dubitare quicquam de fide adolescentis, postea quam audiuit totum negocium, uidelicet, suspicionem de Psaltria natam esse propter fratrem. Cæterum ædibus Sostratæ egrediens, Mitio uidet astantem Aeschinum, quæ res ita perturbat omnes rationes adolescentis, ut nihil inuenire posit, quod respondeat patri. Ibi sibi durius expostulare cœpisset Mitio, facillime adactus esset adolescens ad desperationem. Verum pater habita ratione ingenij omissa obiurgatione acerbiore, lenitate ac facilitate sua utitur, qua adolescentem timidum facetissime aliquantisper ludit. Cum enim intelligit id, quod maxime uolebat, animum adolescentis non esse alienum à filia Sostratæ, grauissime fingit quendam Milesium uirginem abducturum, propterea quod cognata sit, & legibus illam ducere uxorem cogatur. Hanc narrationem fictam adolescens amator serio accipit omnino credens ita futurum. Ostendit autem certis argumentis per quandam querelam, nisi fore miserius tali adolescente, qui ita indigne amica excidat, & præ impatientia amoris iudicium patris improbat, qui hanc iniustissimam caussam probarit. Tandem lachrymans ingenue fateri incipit peccatum & amorem suum. Hac re intellecta Mitio gra-

uiter,

uiter, tamen cum summa humanitate obiurgat adolescentem, primum propter contemptum publicæ disciplinæ, propterea quod nullum sit grauius delictum, quam eam uiolare. Deinde quod hanc totam causam de suo amore non diligenter antea communicauerit cum patre, simul admonens, ut iam periculo doctus in alijs rebus discat, esse cautior. Ad extremum ne ægrotus ille animus adolescentis in dubio relinquatur, suauissimam addit consolationem de futuris nuptijs. Ita adolescens mirabili casu & humanitate patris omni periculo liberatur.

ALIVD EIVSDEM.

MAgis discruciatur adolescens, posteaquam intelligit ex patre Pamphilam adolescenti Milesio, qui genere proximus erat, desponsatam esse. Hunc suum dolorem & affectum nulla ratione tegere potest, sed lachrymis, obseruationibus, adeoq; toto sermone ingenue eum fatetur. Porrò hoc tanto mœrore ac periculo liberatur humanitate Mitionis, qui adolescentem primum obiurgat grauissime de contemptu disciplinæ. Postea uero quia intelligit eius animum grauiter audiendo facillime posse uinci, obiurgationem corrigit pollicitatione uere paterna, quod uidelicet Pamphilam, quam amabat, uxorem debet ducere.

ALIVD

ALIVD EIVSDEM.

QVerelæ Aeschini subijcitur descriptio noui doloris, quem capit ex sermone patris de Pamphila, quam fingit nupturam adolescenti, qui genere proximus est. Hac ratione ita perturbatur, ut uix sit apud se, neq; potest lachrymas continere. Postea quia peccatum suum ingenue fatetur, audit à patre iustissimam reprehensionem de neglectu disciplinæ. Tandem ne præ nimia tristicia desperare incipiat adolescens, pater uicissim eum consolatur de futuris nuptijs cum Pamphila. Ita mirabiliter casu quodam & humanitate Mitionis liberatur Aeschinus omni periculo.

ALIVD ἄλλο.

MItio egreditur à mulierculis & deprehensum ante ædes Aeschinum mire faceto commento ludit, eiq; nouum incutit metum significans alij uiro nupturam Pamphilam, quæ res confessionem amoris extorquet filio. Sed tandem moderatione & lenitate Mitionis promittentis coniugium expetitum omnes turbæ se tantur, ac dimittitur lætus cum spe coniugij Aeschinus, Estq; hæc Catastrophe huius partis fabulæ.

ALIVD ἄλλο.

MItio transacta re cum Sostrata domo egredi-
ens uidet ætantem filium, quem miro com-
mento

mento eludit, & eò perducit rem, ut liberè suum confiteatur amorem. Hic initio acriter obiurgat Aeschinum, sed tamen statim ipsum pro more suo consolatur, omnemq; rem, quomodo conuenerit cum Sostrata de ducenda Pamphila in uxorem Aeschino indicat, atq; ita certior fit adolescens, ut ducat suam Pamphilam uxorem. Quare lætissimus redditur.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act IIII. Scen. V.

Ita vt dixi, &c.

VT facilem Mitionem describere uoluit ubiq;, ita etiam festiuum & facetum facit, &c. Est autem mira & singularis suauitas in hac oratione, in qua satis prudenter dissimulat omnia Mitio, ut expiscetur imprudentem adolescentem, cuius periculo postea facit medicinam. Atq; hoc sibi uoluit Poeta, cum inquit, Cur non ludo hunc aliquantisper, &c. Facit autem hoc honestius & fœlicius, quàm Gnato in Eunuch. Homo impurus, &c. Item, Non perpetuo simulat ac dissimulat bonus senex. Non est mea simulatio, inquit Chremes supra in Heau.

Cur non ludo hunc) Infra in hac Scena, Obsecro unum, ludis tu nunc me. Et supra in Eunuch. Nebulonem hunc certum est ludere. Ludere significat Spielen. Sic est apud Horatium, Ludere qui nescit campestribus abstinet armis. Per Metaphoram

significat ludere, Spotten/ oder einen essen. Supra in Andr. In quibus sic illudatis, Poetæ utuntur pro scribere aut Versus facere, canere. Virg. 1. Eclog. Ludere, quæ uellem, calamo permisit agresti.

Erubuit. Salua res est) *Supra in Andria, Simo pater reprehendit Pamphilum filium, coarguitq; eum immodestiæ, quod non erubescit ad aspectum & sermones patris. Vide, inquit, num eius color pudoris signum usquam indicat. in Heaut. Act. Scen. 1. Animi est pudentis signum, & non instrenui. Est enim erubescentia liberalis animi, & qui corrigi possit, indicium, &c.*

Amicus quidam) *Diligenter observa callidissimam εἰρωνεῖαν Mitionis, & miraberis uerba rebus optime accommodata.*

Orba est patre) *Orbus patre, Einer der keinen Vater hat. Orbus matre, Einer der keine mutter hat. Orba matre, Eine die keine mutter hat. Orba Ein Waise. Supra in Andria. Recepisse orbam. Viduus, Ein Witwer. Vidua, Ein Witwe. Viduare, apud Virg. 8. Aeneid.*

Illi genere est proximus) *Infra in Phormione, Act. 1. Scen. 2. Recensetur hanc legem, quæ in Repub. Athenienſi lata est, ut cognati proximi ducerent cognatas, quæ alioqui propter egestatem honestæ non poterant elocari. Lex est, inquit, ut orbæ, qui sunt genere proximi, His nubant, & illos ducere eandem hæc lex iubet.*

Mileti) *Miletus Ioniæ caput est.* Plinius lib. 5. cap. 29.

cap. 29. Nobilitata est hæc urbs etiam apud Poetas. Nam & Virg. lib. 3. Georg. & Horat. lib. 1. epist. 17. & Mart. Vellerum Milesiorum meminit. Item luxu eius urbis abijt in prouerb. Quondam fuerunt fortes Milesij.

Qui cum illa consueuit prius) Consuescere, Gewonen. Neutrum. Consuescere transfertur etiam ad amorem illicitum, seu meretriceum. Germani uertunt per uerbum, Zuhalten / oder an einer hangen. Sicut & Latini uerbo, Hærere, in hac significatione utuntur, ut supra in Eunuch. Vt hæream apud Thaidem. Sic est hic. Consueuit cum illa. Infra item in Hecyra, Cum qua consuescei. Item in Phorm. Cum eius matre consueuit olim in Lemno.

Grandem) Cicero pro A. Cluentio. Grandem autem & nubilem filiam. Virg. 7. Aenid. Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis.

Causam dicerem) Supra in Prologo Eunu. Scripsit causam dicere. Vide annotationes in eo loco, & infra in Phorm.

Indiligens nimium ſies) Elegantißimus locus est, Ponum adolescentem debere obsequentem esse legibus patriæ. Sic supra insectatur Demea Aeschinum, ut improbum, Neq; (inquit) metuit quenquam, &c. Horat. lib. 1. Epist. 17. ad Quintium, Vir bonus est quis? Qui consulta patrum, qui leges, iuraq; seruat, &c.

In qua ciuitate tandem te arbitrare uiuere) Quasi dicat, Athenis, ubi ritè & legitimè administran-

nistrantur omnia ex legibus, ubi non cuiq; licet, quod libet, neq; cuiq; sua libido lex est. Non possunt consistere Respub. sine legibis ἀνομία constituta, quæ omnia mala, seditionem, & ἀταξίαν parit. Athenas etiam Romani Poetæ doctas uocant. Fuit enim illa urbs domicilium, & mater omnis disciplinæ, eruditionis, & honestatis, & uere fons omnium legum Romanorum Sic Virgilius 1. Aeneid. in descriptione elegantissima nouæ Carthaginis, tandem etiam potissimam Reipub. partem, & sine qua nulla Respub. stare potest, doctissimo uersiculo describit, Iura (inquit) magistratusq; legunt, sanctumq; Senatum. Præclare Demosthenes leges confert animæ, ὁ νόμος τῆς πόλεως ἐστὶ ψυχὴ, ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα στερηθὲν ψυχῆς πίπτει, ὄντω καὶ πόλις μὴ ὄντων νόμων καταλύετε.

Virginem vitiasti) Obseruabis legem de non uitiandis puellis ciuibus, quæ etiam diuinitus lata est. Exod. 22. Ea lex iubebat, ut uitiator duceret uiciatam. Supra in Andr. Act. 4. Scen. 4. Coactus legibus eam uxorem ducet.

Prodidisti & te & illam) Sic Cicero in Oratione post reditum, eodem modo usus est uerbo, Prodere. Cum uiderem Senatum ducibus orbatum, me à magistratibus partim oppugnatum, partim proditum partim derelictum. In alles vnglück gefüret. Supra in Heaut. Vbi intelliget te prius proditurum uitam tuam.

Dormienti) H. e. Omisso animo, negligenti, &

ti, & oscitanti, tam socordi, sicut statim subijcit, vnachtsam / heiloß / faul / lose.

Nisi quia tam misere hoc esse cupio verum, eò vereor magis) Megera apud Senecam in Hercule furente, Quæ de nimis miseri uolunt, hoc facile credunt. R. Amphytrion pater Herculis, Imò quod metuunt nimis, nunquam amoueri posse, nec tolli putant. Pœna est timori semper in peius fidem.

Comprecare Deos) Vt fœlix & faustum esset matrimonium, censuerunt etiam gentes opus esse numinis ope. Sic alibi, Tu supplex ora, tu protege, tuq; labora. Homerus, ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ τε γερόντων. Die iungen leute sollen arbeiten/ die mittelmeßigen sollen regieren/ vnd die alten leute vnd Priester sollen beten. Seni honesto Terentius tribuit pro decoro pietatem. Quia senes debent inhærere precibus/ cum non amplius possint Rebuspub. re & opera prodesse. Infra in Phorm. Act. 2. Scen. 1. At ego Deos penates hinc salutatum domum deuortar. Hinc Ouidius 1. Epist. Mirantur iusti senes, trepidæq; puellæ.

Gestandus in sinu) Cicero lib. 1. Epist. 9. Sic in manibus habebant, &c.

Sciens cauebo) Q. d. Præstabo ei uicissim omnem pietatem, quam ei debeo. Quia parentes nostri curam gerunt, solliciti sunt pro nobis, ne quid aduersi accidat, Ideò nobis etiam præstandum est, ne indigna nobis faciamus, &c. Vide Prouerb. ἀντιπελαργεῖν.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. IIII. Scena V. Ita vt, &c.

Absoluitur ferè hac Scena Catastrophe rerum Aeschini. Consequitur autem facultatem ducendæ Pamphilæ, quem Mitio aliquantisper ludit, & ad confessionem amoris perducit callido quodam figmento de abducenda uirgine Pamphila. Id enim audiens Aeschinus nimio amore erga Philumelam torquetur, cumq; minimè celare potest. Tandem deprecata uenia, vn difficulter impetrat à patre, quo sibi liceat hanc ducere in uxorem. ἄλλως. P. M. Castrophe cœpta est. Sed eam priusquam absoluat, miro facetoq; commento nouum metum Aeschino incutit pater quod tamen quia non habet seriam querelam, breuiter tractat, & sine tragicis schematibus. Vt) s. Quemadmodum. Exordium ex abrupto. Dixi) Abiens hæc dicit Mitio, & sunt referenda ad præcedentem Scenam. Facite) s. Sitis bono animo. Ego) De circumstantia temporis. Conueniam) Qu. d. Non mittam alium ad eum, sed ipse conueniam iam recta. Hæc acta sint) s. Quæ sumus locuti inter nos de nuptijs. Sciat) s. Ex me cognoscat. Sed quis) Vox est oblique respicientis. Iam enim uult quærere Aeschinum, & forte fortuna uidet eum hic astantem. Ostium) Dissimulat, quasi non uidisset.

Patet)

Pater) Pertinet ad descriptionem naturæ. Quia timet & uereatur patrem, ideò ex aspectu patris adolescens conijcitur in terrorem. Periij) Quia iam planè est comprehensus in astutia. Est autem signum valdè laudandum in adolescente, Quamprimum enim uidet patrem, incipit metuere. Huic) scilicet, Mitioni patri meo. Est admirantis. Hic) scilicet, In ædibus Sostratæ. Non statim uult respondere parenti propter pudorem. Tune) Interrogat, quasi nesciret, quis pulsasset fores. Tacet) Hæc auersus loquitur secum ad spectatores, & valdè placet, quod habeat talem filium, qui se uereatur. Non potest enim unum uerbum respondere parenti. Cur non) Consilium seu deliberatio parentis, utrum uelit eum omittere, an alloqui. Ludo) s. Faceto aliquo commento. Melius est) s. Vt ludam illum, quam ut dimittam. Quandoquidem) Ratio consilij. Hoc) s. Negocium de Pamphila, uel, de amore suo. Q. d. Nunquam uoluit patefacere mihi suum amorem. Credere) .i. Committere, vertrawen. Respondes) Q. d. Quid ita stas. Quia antea dixit, Tacet, an fores repulisti. Istas) s. Pepuli fores, Ich weis nicht/ ob ich es gethan habe, oder nicht. Quod) s. Quantum. Non est planè negantis. Vide Prouer. Callidum mendacium.

Itan') s. Scis te pepulisse fores. Hæc dicuntur Ironice. Hic) s. Ante fores. Negocij) s. Si non pepulisti. Erubuit) .i. In eo pudor est. Q. d. Non est desperandum. Quia adhuc restat pudor. Vbi e-

nim est pudor, ibi & metus. His autem sublatis actum est. Erubuit) Argumentum à signo, quod facit necessariam consequentiam, Estq; Enthymema. Robur est signum & color uirtutis. Valdè enim grata res est pudor, cum in omni ætate, tum maxime in adolescentia. Est autem strenui & liberalis animi indicium. Hinc Syro Pater in Andria, infectatur in uerecundiam filij Pamphili, quod non erubuit. Vide, num eius color pudoris signum usquam indicat. Et non tantum uera est illa sententia sic elata, Vbi timor, ibi pudor, Sed & conuerti recte potest, Vbi pudor, ibi & timor. Salua res est) Es ist ein gut zeichen. Dic) Redit aliquo modo ad se. Sodes) id est, Si audes. Est Aduerbium blandientis uel supplicantis. Illic) s. In ædibus Sostratæ. Nihil) Diligenter obserua callidissimam ἐιρωνεῖαν Mitionis, & miraberis uerba rebus accommodata. Mihi) s. Hic rei est. Narratio ficta, quæ eò spectat, ut de filij animo erga uirginem certior fiat. Amicus) Narratio facetissima. Fingit enim esse quendam amicum, cuius caussam ibi agat. Quidam) Ab officio humanitatis. Abduxit) s. Precibus. Aduocatum) Das ich sol sein &wort reden. i. Meditatorem. Quid) s. Ais, aut, rei est, uel, Quare deberes esse aduocatus. Dicam) s. Quid negocij sit. Hic) Σκηπτικὸν est. Habitant) Inspicit suum filium, & uidet eum erubescentem.

Opinor) s. Ego iudico. Te) s. Diuitem adolescentem. Certo) Ironia, Scio) s. Te non nosse. Huc) s. Athenas. Neq;) Argumentum à tempore.

Q. d. Non admodum longo tempore hic habitarunt Quie tum) Interrogatio ſolliciti animi. C mmigrarunt) ſ. In hanc uicinam. Eſt) ſ. In ædibus Quid tum) Vult audire, quorſum hæc uelit oratio Perge) Libenter uellet audire, quid nam futurum eſſet. Virgo) ſ. Puella. Orba) Q. d. Eſt profecto ſatis miſera puella. Hic) ſ. Qui me duxit à foro ad has ædes. Illi) ſ. Puellæ. Amicus) ſ. Qui adduxit me aduocatum, Huic) ſ. Amico meo, qui eſt proximus genere. Leges) ſ. Athenienſes. Virgo) ſcilicet, Pamphila. Matre) ſ. Soſtrata. Nubere) Sic erat conſtitutum legibus Athenienſium, ut orbæ nuberent cognatis ſuis proximis. Illi ſi ducere eas recuſabant, publicis legibus cogebantur. Id ita eſſe, teſtatur ipſe Poeta infra in Phorm. in 2. Scena, &c. Perij) Exclamatio dolentis. Eſt autem ſignificatio in exclamatione, quod non ſit apud ſe.

Quid eſt) ſ. Cur ita exclamas. Nihil) Verba, quibus uult tegere dolorem. Eſtq; uox diſſimulantis. Recte) ſ. Eſt. Perge) ſ. Loqui, quod cœpiſti. Is) i. Cognatus. Venit) ſ. Athenas. Auehat) ſ. Tanquam uxorem. Q. d. Non ſuſpendentur nuptiæ. Mileti) Q. d. Eſt adoleſcens ſatis potens. Vide Pomponium Melam lib. 1. cap. 17. Turcicum uulgus hodie Molaſam nominat. Hem) Indignantis. Auehat) Q. d. Hoc ne æquum & iuſtum eſt. Sic eſt) i. Hoc faciet, ibi eſt, & hoc agit. Virginem) i. Puellam. Miletum) ſcilicet, uult ſecum auehere uirginem. Ita) i. Eſt certum. Animo) id eſt, Magno

 dolore

dolore afficior, Vel, Hoc est triste nuncium. Ipsæ) ſ. Mulieres, mater & uirgo. Aiunt) ſ. Reſponaent. Cenſes) ſ. Poſſe dicere. Nihil) ſ. Dicunt. Commenta) Narrationem facit ueriſimilem circumſtantijs. Nominat) ſ. Mater non ſcit nomen. Eſſe) ſ. Affirmat. Illum) ſ. Qui compreſſit. Huic) ſ. Milleſio, uel qui uult abducere. Eho) Occaſio expoſtulationis cum patre, improbans eius iudicium. Iuſta) ſ. Eſſe, quæ commenta eſt mater, non tu defendebas matris dicta. Iſta) ſ. Vt is ducat, qui compreſſit. Non) ſ. Videtur eſſe æquum. Abducet) ſ. Cum puer ſit natus. Poſtea) ſ. Cum dixerat mater, aut, cum tecum hæc conſideraſti. Abducat) ſ. Quod iure poteſt facere.

Factum) Hic inſtituit Poeta actionem, in qua uide, ut temperet uterq; dictionem, ne alteri ſubolet alterius ſententia. Factum) ſ. In illa cauſſa. Duriter) ſ. Contra uim & æquitatem, nempe, quod pronunciaſtis contra illum, unde eſt natus puer. Er hat alzu ſcharff mit der ſache vmbgangen. Propoſitio hoc loco ponitur, quam amplificat. Immiſericorditer) ſcilicet, Quod attinet ad adoleſcentem priorem. Atq;) Correctio. Aperte) ſcilicet, Apertius, aut clarioribus uerbis. Illiberaliter) ſ. Præter officium bonorum uirorum. Quamobrem) ſ. Hoc iudicas. Rogas) Confirmatio propoſitionis à conſueto amore. Conſueuit) ſ. Qui fuit prior. Haud ſcio) Hoc addit, ut tollat ſuſpicionem. Illam) ſ. Cum qua conſueuit. Miſere) .i. Perdite. Amat) ſ.

Qui

Qui prius consueuerit. Præsens) ſ. Ante oculos πάρ& addit. Abduci) ſ. Ab alieno. Facinus) ſ. Quod hoc est constitutum à uobis. Qua ratione) ſ. Indicas esse indignum facinus. Addit suam rationem. Istuc) ſ. Est indignum facinus. Despondit) ſ. Illi adolescenti, de quo tu ducis. Argumentum à iure. Dedit) ſ. Puellam adolescenti Nupsit) ſ. Puella, sine consensu parentum, Duxit) ſ. Ille amator, Alienam) ſ. Cum non esset proximus genere.

An sedere) Argumentum ab ætati uirginis, quod non erat firmum satis, decebat tamen adolescentem. Grandem) .i. Nubilem, maturam uiro, Die damanbar ist. Est argumentum pulcherrime & facete excogitatum. Sedere) Non nubere. Huc) ſ. Athenas. Illuc) ſ. Mileto. Hæc) ſ. Quæ erant pro puella, & priore adolescente. Id) ſ. Quod iam dixi. Dicere) ſ. Pro illo adolescente, Defendere) ſ. Vt non cognatus, sed adolescens eam retineret. Ridicule) Argumentum ab absurdo, & ab officio patroni, Ridicule legendum est, ut sit casus uocatiuus ab eo. quod est ridiculus. Ne) Pro, num. Caussam dicerem) Solte ich die sache füren. Quod est, aduocatorum. Nonne posuit Terentius. Caussam dicere, Das wort wider einen reden. Cum alioqui caussam dicere proprie sit, quando reus accusationibus respondere cogitur. Cui) ſ. Cuius caussam debebam defendere, quibuscunq; rationibus. Illum) Scilicet, Amicum.

Sed

Sed quid) Finis narrationis, & ipse significat, quare tam longam orationem habuit. Sequitur autem nunc obiurgatio, quæ est principalis pars huius Scenæ de reuerentia & honore legum. Nostra) scilicet, Interfunt, uel, Quid ad nos pertinent ista. Generis est Iucialis, status negocialis. Illis) scilicet, Quæ sunt pauperes. Quid est) .i. Quæ est caussa, &vie helteſtu dich. Quid) .i. Quare. Lachrymas) Lachrymæ significant aliquid. Pater) Captatio benenolentiæ. Auscultа) Q. d. Habeo tecum, quod loquar, sed non audeo. Aeschine) s. Totum negocium est mihi antea cognitum. Hic tandem depositis utrimq; dissimulationibus res aperte proponitur, Aeschinum amare, Mitionem resciuisse. Victus autem magnitudine doloris & simul pietate paterna confessionem peccati parat. Sed quia nouit omnia Mitio, Ideo & ipse benignus pater pietate uictus, non patitur filium longiore confessione torqueri. Nam) Addit de sua pietate & addit caussam impulsiuam. Amo) s. Tanquam meum filium. Q. d. Pater sum, ideo non possum nõ esse sollicitus. Auscultа) Statim uult fateri suum amorem. Obsecro) Est uox blandientis & singultientis. Audiui) Vincitur amore erga filium, & non uult audire. Nihil est opus (inquit) ut hæc dicas. Quia non potest uidere filium lachrymantem. Scio) s. Quomodo hæc sint acta. Nunc addit breuem prædicationem paterni amoris. Curæ) id est Semper sum pro te sollicitus, quomodo uelis instituere uitam.

Ita velim) Blandißima reſponſio filij. Q. d. Tu non debes æſtimare filium, niſi omnia fecero poſthac & tibi obœdiam. Velim) Pro, uolo, H. e. Ita precor, opto. Dum viuas) ſ. Per omnem uitam Deprecatur culpam Aeſchinus. Vt) Confeßio. Promerentem) Das ich es werdt, vnd hette es uerdienet. In me) ſ. Quod ego cum puella rem habui. Significat non eſſe culpam, neq; parentis, neq; aliorum, ſed ſuam eſſe, quod noluerit obſequi parenti. Dolet) Sententia breuis, Ego mutabo uitam in melius. Me) ſ. Quod te non feci certiorem de hac re. Pudet me tui) ſ. Quod te parentem offendi. Q. d. Propter hoc delictum non audeo uenire in tuum conſpectum. Credo) Pater confirmat, quod uere hic dicit. Nam) Ratio, quare credat. Hercle) Aſſentientis. Crede) ſ. Ita eſſe, quod te pudet mei. Liberale) ſ. Ex educatione, Q. d. Admonitus potes reuocari in uiam.

Sed uereor) Conueniebat ſuauis expoſtulatio ſeni commodo & clementi, qualem eum ubiq; deſcribit. Eſt igitur hic expoſtulatio ualdè paterna. Perſtringit autem capita accuſationis ſeu expoſtulationis, id quod referebat fieri in argumento Comico, ne plus iuſto aſſurgeret oratio Comica, &c. Indiligens) ſ. In uita rectè inſtituenda & formanda. Sies) i. Ne habeas rationem inſtituendæ uitæ. In qua) Breue dictum, ſed admodum ſententioſum. Tandem) Pro, tamen, Propoſitio, Q. d. Nonne debet te admonere illa ciuitas, putas ne tu, te eſſe inter

Scythas,

Scythas, Tu es inter homines, qui habent leges constitutas. Ciuitate) Amplificatur obiurgatio à loco, à facto, à tempore, item ab honesto & ciuitatis disciplina. Q. d. Oblitus ne es, te uiuere Athenis, ubi uiuitur legibus. Virginem) Amplificat illud factum, Q. d. Hoc damnant & puniunt leges. Paucis indicat uerbis, sed cogitationibus est extendendum hoc delictum. Id) s. Vitiare uirginem. Magnum) s. Iudicium de tali peccato. At) Correctio ab exemplo & extenuatio peccati.

Indiligens) Postcaquam adolescens culpam agnouit, reliquum erat, ut obiurgaretur & officij admoneretur à patre. Sed hæc obiurgatio plena est interim humanitatis & beneuolentiæ paternæ, longeq; dissimilis illis increpationibus acerbissimis, quas Demeæ tribuit Poeta, & ita tamen lenis Mitionis obiurgatio est, ut non sit dissoluta, sed digna grauitate honesti parentis. Videndum igitur est quid hinc ad nostros mores & uitam transferri possit. Nam quod Mitionem sic facit Poeta obiurgantem, ut ex eius interim oratione perspic tur magna quædam amoris erga Aeschinum, & amica uoluntatis significatio, docet obiurgationem paternam mitigandam esse semper & quasi condiendam lenitate sua, grauitateq; uerborum. Breuiter, non debere patris esse, uel austeritatem tristem, uel dissolutam comitatem, quod ut inde odium, ita hic contemptus oriri soleat. Proficit autem plus interdum blanda alicuius & clemens castigatio, grauitate tamen adiuncta,

iuncta, quam aspera & acerba hominis amarulenti increpatio, cuius rei imaginem quandam Poeta in hac Mitionis obiurgatione depinxit. Tamen) Permissio. Humanum est) Es ist zuerleiden. Non quidem ostendit uitia, sed fugam uitiorum. Boni) s. Adolescentes non male ἠθικολογία.

At) Secunda pars collationis. Euenit) s. Postquam hoc factum est, H.e. Vitiata puella. Circumspexti) Id est, Nihil tecum cogitasti de euentu, an fuisti adeò incogitans, ut non considerares, quale hoc esset factum. Fieret) Respicit ad fidem, quam puellæ dedit. Qua) scilicet, Ratione, uel, per, quos. Dicere) s. de illo delicto. Qua) s. Ratione & uia. Modesta castigatio, non acerba. Dubitas) scilicet, Cessando, Q. d. Tu fuisti incogitans, interim tamen hoc, quod semel est admissum, nunquam potest deleri. Dubitas) scilicet, Talia me cælas. Decem) Q. d. Interim est puer natus. Quia alludit ad partum. Abierunt) .i. Iam est puerpera. Prodidisti) Id est, Decepisti, Du hast dich vmb dein gut gerüchte gebracht. Illam), .i. Puellam. Gnatum) s. Filium tuum iam natum ex Pamphila tua. Quod) s. Quantum. In te) .i. In tua parte. Quia nihil prospexisti tibi. Hominibus laborantibus adest Deus. Quid) Obiurgantis. Dormienti) id est, Cessanti. Sententia est de ignauis, ostendens Deum benedicere laborantibus, maledicere uero oscitantibus. Plaut. in Rudente. Vigilare decet hominem, qui uult sua tempori conficere officia. Nam qui dormiunt libenter, si-

ne lu-

ne lucrò & cum malo requiescunt. Salustius in oratione Catonis, Vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt. Demosth. πρᾶττων καὶ πονῶν καὶ βολμῶν οὐχὶ καθήμενος εὐτυχεῖ. Deos) Iocus conuiualis, quem admisceat non temere, sed ut exhilaret spectatoris animum, cui stuporem & tristitiam quandam iniecerat, scuera illa superiori actione & expostulatione. Deductum) Timotheo dormienti piscabatur fortuna, regna & urbes. Conficio, Ich richte ein ding auß / oder ich bringe es zu wegen. Nolim) id est, Nolim te posthac adeo negligentem esse, ut hactenus feciſti. Est conclusio. Socordem) Id est, Negligentem. Eodem modo) s. Sicuti in hac re feciſti. Q. d. In posterum sis diligentior.

Bono) Addit consolationem, noli tantopere dolere, estq; occasio ad Catastrophen rerum Aeschini. Hem) Interiectio respirantis seu singultientis præ fletu & gaudio. Ludis ne) Q. d. Vis me conijcere in falsam laeticiam. Nunc) s. Quod antea nunquam feciſti. Te) s. Luderem. Miserè) scilicet, ualde. Hoc) s. De ducenda Pamphila. Eò) i. Ideò. Vereor) .i. Sum in magno metu. Verum) s. Vt ducam uxorem. Abi) Q. d. Nihil aliud nunc restat. Religiosè dictum est. Nisi) Pro, sed. Vereor) Ideò inquit dubito. Hoc) s. docere uxorem. Comprecare) Apparet ex hoc loco olim & puellas nupturas, & uiros uxores ducturos Deos precari solitos. Accersas) .i. Vt sis fœlix & fortunatus in illo matrimo-

trimonio, Abi) ſ. Serio loquor. Impellentis uox eſt. Accerſas) ſ. Cum ſumma fœlicitate. Vxorem) ſ. Accerſam. Iam) Admirantis. Quantum) ſ. Quam potes ocyßime.

Comprecare Deos) Supra nimiam eius ſecuritatem taxauit, non damnauit pietatis ſtudium. Hic igitur iubet eum Deos comprecari, ut fœliciter nouum uitæ genus auſpicetur. Quanquam uerum Deum non agnouerant gentes, tamen eò cognitionis peruenerunt, ut crederent omnia fœlicius ſucceſſura, ſi prius auxilium numinis implorent homines. Sic Virgilius præcipit agricolis. Inprimis uenerare Deos, atq; annua ſacra, &c. Sic igitur ſtatuerunt auxilium numinis eſſe implorandum, & dein de ſedulò laborandum, & recte quidem. Nam & ſacræ literæ idem præcipiunt, & palàm teſtantur Deum benedicere ijs, qui ſedulo propter uoluntatem ipſius laborant. Maledicere uero ceſſantibus & ocioſis. Eſt enim ſecuritas & Dei tentatio ſedere & per ignauiam expectare benedictionem & auxilium Dei, nec uelle opus atq; adeò officium tuum, quòd ille tibi iniunxerit, facere. Sic Salomo Proueur. 13. Cupit piger & eget, At anima ſedulorum ſaginabitur. Tales aliquot ſententiæ & in prophanis literis extant, ut illa, Dijs facientes adiuuant. Item illa, Cum Minerua manum quoque moue. Significant enim diuinam opem non ceſſantibus, ſed induſtrijs & pro ſua uiri-li conantibus auxilio eſſe ſolere. Sic Varro lib. 1. de re Su-

ve Rustica, Et quoniam, ut aiunt, Dij facientes adiuuant, prius inuocabo Deos.

Dij) Blandiciæ filiorum hic depinguntur. Oderunt) Execrantis. Ni) Gratiorum actio pro patris lenitate. Oculus) Quia nihil habet carius. Quia hoc est usitatum apud lieberos & parentes. Nunc) Quia hoc fit cum tua uoluntate, ut ducam uxorem. Quid) scilicet, Magis me amas. Ironia inuersio seu obiectio. Quid) scilicet, Affirmas, quod amas me. Illam) s. Magis me amas, quàm illam puellam Parmphilam. Aeque) s. Amo te, atq; illam. Perbenigne) Assentientis cum irrisione. Qu. d. Satis largè polliceris, tanquam amator. Milesius) s. Abductus puellam. Vbi est) s. Cuius paulò ante faciebas mentionem. Cogitatio est de sollicitudine. Discessit. Perij) s. In itinere. Nauem) scilicet, enim. Cessas) s. Ire domum, & precari Deos. Potius) s. Meo loco. Tu) s. Tanquam homo senex. Obtemperaturos) Exaudituros, scilicet. Quo facilius exaudient te. Melior) Sententiosè dictum, ut sciant, quid orant εὐχῆς δικαίης οὐκ ἄνονοι θεοὶ. Intro) i. In ædes. Q. d. Nolo precari Deos. Opus) s. Ad faciendas nuptias. Fac) scilicet, De comprecandis Dijs. Sapis) s. Si uis consultum tuis rebus.

Quid) Epiphonema constans commendatione paternæ liberalitatis. Negotij) Admirantis, deinde agit gratias. Tamen (inquit) hoc planè est nouum. Hoc) i. Hoc decet patrem. Filium) scilicet.

Quem-

Quemadmodum ego cum patre. Q. d. Hic est uerè fortunatus filius, cui contigit pater tam benignus. Esset) scilicet, Pater, Amplificatio liberalitatis per collationem, Gereret) scilicet, Quàm quod fecit Pater. Hic) s. Talis pater tam humanus. Amandus) Addit de suo officio. Hiccine) Descriptio amoris. Gestandus) Id est, Nonne est summe complectendus, Sol man denen nicht auffn henden tragen. Formula est prouerbialis de summo amore. Hem) Seipsum admonet. Inijcere alicui curam, Einem sorge machen. Curam) Q. d. Pater condonauit, Ergo cauendum est, ne posthac quicquam in eum committam. Commoditate) Id est, Suauitate, benignitate. Qui non est usus suo iure erga me. Quare remisit delictum. Commoditas, Freundligkeit. Faciam) .i. Ne patrem offendam ulla alia re. Cauebo) scilicet, Facere, quod nolit pater, uel, Ne offendam eum, uel, Ne quid faciam contra ipsius uoluntatem. Mora) .i. Ne ego ipse impediam meas nuptias. Cauebo) Mit wissen sol es nicht geschehen. MORALE huius Scenæ est.

Exprimitur in hac Scena bona quoque pars de educatione & disciplina liberorum, atq; adeò, ut in officio suo retineantur. Etsi enim aliquando peccant, & parentum præcepta imprudentes negligunt, siquidem lubrica adolescentiæ uia est, quæ sine periculo transiri non potest, Tamen non est patris, ut illico strictim & summo iure cum eis agat, sed eos instituendo, nunc minando, rogando, consulendo, nunc

pollicitando iuuet, nunc eorum exempla demonstranda, qui ob suam proteruam uitam ac mores ad magnas perueniunt calamitates & ærumnas, modo sint eiusmodi liberalia ingenia, ut hic in Aeschino Mitio depingit. Sin uerò parentes adeò rigidi, moribus asperis, immitesq; præteritis peccatis nihil ueniæ concedere uolunt, neq; se aliquando adolescentes fuisse meminerint, plærumq; eiusmodi liberalia ingenia deficiunt à parentibus, atque animum despondeant necesse est. Quod diuus Paulus hoc dicto prohibuit, Patres, ne prouocetis filios uestros ad iram, & ne ita uos geratis erga eos, ut animum abijciant, ac nihil tato à uobis petere audeant. Non autem utile & commodum est, quod parentes sedulo aliqua peccata etiam nouisse dißimulent, aut semper obiurgationibus rigidis instent, sed mixtim & alternatim utendum erit, & obiurgationibus & laudibus. Postquam uehementer obiurgarunt, prorsus laudibus reuocabant. Plutarchus inquit, Medicus quemadmodum pharmaca amara dulcibus miscet succis, Ita & patres increpationem rigidam mansuetudine ut temperent, necesse est. Item, ut Statuarij primum ictibus incidunt lapidem, postea poliunt ac æquant, sic amici, patres, præceptores obiurgationem lenitate mitigare debent.

ARGVMENTVM M. AMBROSII IN ACT. IIII. SCEN. VI. Defessus est, &c.

Sicut

Sicut antea non sine maximo risu abijt senex, cum esset certior factus à seruo, ubi locorum inuenire fratrem posset, ita nunc rediens imprimis ridiculo est omnibus spectatoribus. Exponit autem breuiter per quandam querelam, quo studio & diligentia fratrem quæsierit per totum oppidum anxiè obseruando omnes uias demonstratas à seruo, & non leuiter stomachante, quod præter omnem opinionem ita callide deceptus sit. Quia uero nihil iuris habet in seruum fratris, utitur dira imprecatione, ut fulmine Iouis crudelissime perdatur. Postremo loco deliberat, an porrò debeat quærere fratrem, sed statim constituit, se id nunquam facturum.

ALIVD EIVSDEM IN VI. ET VII. SCENAM.

Defessus Demea ambulando, cum non inueniret fratrem, satis intelligit se misere à seruo delusum esse. Quare ob eam rem iustissime stomachatur, & omnino constituit domi obsidere, donec frater redeat. Hæc dum secum irato animo cogitat, de improuiso frater obuiam uenit, apud quem miras Tragœdias agit de Aeschino, qui obtulisset uitium ingenuæ, simul expostulans cum eo de Psaltria. Hanc Demeæ asperitatem Mitio sua comitate lenire studet, ostendens se in eo peccato filij non tam indulgentem, quam moderatum esse.

ALIVD EIVSDEM.

INtelligens tandem Demea, cum nusquam gentium fratrem inueniret, se misere deceptum esse à seruo, domum redit cogitabundo & irato animo, omnino cupiens si possit fieri parem gratiam referre Syro. Et quia antea promiserat Hegioni se allaturum certum responsum à fratre, uult eum expectare, donec ueniat.

ALIVD ἄλλο.

DEmea non inuento Mitione redit iratissimus Syro, cui imprecatur, ut fulmine Iouis crudeliter perdatur, propterea quod se in monstrando mendacem luserit.

ALIVD ἄλλο.

REdit Demea iratus Syro, à quo ita delusus fuerit, ut fratrem per totam urbem frustra quaesierit, & sit palàm, quod supra dixerat Syrus. Ego te commouebo, ut dignus es Silicernium, &c.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE Mal. seni in Act. IIII. Scen. VI. Defessus, &c.

PErreptaui) In loco usus est uerbo, perrepta re, uolens exprimere senilem in gradiendo mo ram

ram & imbecillitatem. Sic Homerus eodem modo dixit, 1. Odyß. Vbi describit Laertem senem lenientem desiderium, quod capiebat ex filio Vlysse absente, ἐρπύζοντα ἀνά γουνὸν. H. e. Præreptantem per hortum. Quem locum repetiuit Cicero in libello de Senectute, & uertit Horat. lib. 1. Satyr. 5. Millia tum pransi tria repsimus atq; subimus. Repo, Ich krieche. Inde est frequentatiuum, Repto, & compositum Perrepto, Ich durchkrieche.

Magnus Iupiter) M. Cicero in oratione pro domo sua ad Pontifices reddit rationem, quare Romani Iouem summum Deorum appellatione optimi maximi cohonestarunt. Quo circa (inquit) te Capitoline, quem propter beneficia populi Romani optimum, propter uim, maximum nominauit, Teq; Iuno Regina, & te custos urbis Minerua. Virgilius 2. Aeneid. Pro, Maximus, dixit, omnipotens. Sic enim habet carmen, Iuppiter omnipotens (precibus si flecteris ullis.)

SCHOLIA QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. IIII. Scen. VI. Defessus, &c.

DEfessus) Tandem intelligit illas astutias serui, antea non intellexit, sed credidit se ibi inuenturum fratrem, ubi seruus eum esse dixerat. Ambulando) Scilicet, Dum quæro fratrem meum. Q. d. Ambulationes delectant iuuenes, ego non de-

lector. Vt te) Præ indignatione addit imprecationem. Vt) Pro Vtinam. Magnus) .i. Supremus. Imprecatio, eò quod misere à seruo sit delusus. Perreptaui) Ich habe durchkorchen. Senes enim reptant, non eunt. Monstratione) ſ. Iniquissima & falsissima. Vsq;) .i. Sine cessatione aliqua. Iam ostendit, quam molesta sit hæc uia. Oppidum) Totum. Portam) Addit speciem. Quò non) ſ. Perreptaui. Q. d. Vbiq; fui, nullus est locus, quem non essem perscrutatus, & conueniunt hæc uerba homini seni, qui ex longis ambagibus & cursu anhelitum difficulter ducit, & præ gemitu nullum uerbum facere potest. Lacus est receptaculum fontium seu fluuiorum. Homo) scilicet, Interrogatus à me. Fabrica) Arguit iam illum seruum mendacij. Certum) .i. Decreui, constitutum est. Obsidere) Pro decoro dictum est. Quia est admodum iratus. Vsq) id est, Semper.

MORALE huius Scenæ, Magna est sollicitudo parentum pro liberorum salute. Illos enim non piget uel senes totam urbem perreptare, ut liberis bene consuleretur, & prospiceretur. Id depingit hic in Demea Terentius.

ARGVMENTVM M. AMBROSII IN ACT. IIII. Scen. VII. Ibo, illis, &c.

EX improuiso obuiam fit Mitio Demeæ, à quo iterum accusatur inhumauißime propter filium Aeschinum, qui pro una duas habeat amicas. Expostulat itaq; potißimum propter hanc caussam, quod ex Hegione intellexerat nuptias futuras esse, quas omnibus modis improbandas & impediendas existimat, primum quod puella sit uitiata. Deinde quod nullam adferat dotem, atq; in hac re multus est senex, quo & fratrem in hanc sententiam pertrahere posßit, quem cum intelligit nihil moueri tanta rei indignitate, sed etiam probare et adiuuare nuptias discedit iratißimus cum hac opinione, quod de tota familia fratris penitus actum sit. Porrò est obseruanda ἐνάργεια de asperitate Demeæ, & summa humanitate Mitionis, qua hoc loco usus est respondendo, Tum etiam diligenter inspiciendus est locus communis de mutabilitate & necessitate humanarum rerum. Hinc enim discitur, præsentia boni consulenda esse. Item, ferendum esse iuxta Prouerbium, & non culpandum, quicquid tandem acciderit in hac uita.

ALIVD EIVSDEM.

INuento iam fratre utitur Demea summa asperitate narrans ei flagitia adolescentis addita enumeratione incommodorum, quæ inde sequentur, quorum omnium ipse pater author sit. Ad hanc accusationem Mitio præbet se humanißimum, excusans factum

& rationem reddens sui consilij, unde manifestum fiat, se non esse indulgentem patrem, sed moderatum.

ALIVD EIVSDEM.

HAbet hæc Scena intempestiuam Demeæ obiurgationem ac satis ridiculam. Is enim in re ab ipso Mitione composita maximopere sæuit. Sed statim certior factus à fratre, ducturum Aeschinum uirginem uxorem placatur.

ALIVD ἄλλο.

OBiurgat fratrem Demea, postquam de peccato Aeschini in uirginem resciuit, sed nimis seuere est hæc obiurgatio & aduersatio fratris. Facetia autem est ἀντιθέσις in hac Scena. Opponit enim iam Demeæ asperitatem ijs, quæ supra humanissime à Mitione facta sunt, ut Mitio reddat rationem sui consilij, & indulgens potius, quàm moderatus uideretur.

ALIVD ἄλλο.

DEmea postquam à circuitione reuersus non inuenerat fratrem Mitionem quem conuentum cupiebat, & intellexisset se misere à seruo falsa demonstratione illusum esse, decreuit, ut in superiori Scena cernere licet, se domi obsessurum, quo ad frater

ueniat

ueniat. Sed hæc dum irato animo cogitat, de improuiso fratre illi fit obuiam, apud quem miros excitat tumultus & tragœdias. Primo enim cum eo expostulat de Psaltria, & de flagitijs Aeschini, quæ sciat & patiatur interim, tamen Mitio comice & facete ludit eum intempestiuæ obiurgationis. Quia prius omnia melius sciuit Demea, cui uidebantur noua & inaudita. Verum Mitio pro suo lenitate & comitate, quæ multum apud eum utebatur, eius asperitatem lenire studet, ostendens se in peccato filij non tam indulgentem, quam moderatum esse. Deinde adiecta est ad calcem odiosa Mitionis morum exclamatio.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. IIII. Scen. VII.

Ibo, illis, &c.

VT comitas Mitionis magis perspecta esset, fingit Poeta cum iracundo Demea colloquentem & exagitantem miseram illam & stultam sapientiam Demeæ fratris, qui sibi nihil, nisi sapientia uidetur, cum tamen cæcutiat supra modum, &c. Vide autem quàm illiberaliter præ se contemnat bonum & prudentem uirum Mitionem. Numera conuitia, quibus eum contumelioſe iactat. Appellat enim stultum somnium, Indignum appellatione hominis, correctorem per ἀντίφρασιν. Insanum, ineptum, dementem, delirum, ac nescio quid non.

Capita-

Capitalia) hoc est, Quæ merentur pœnam capitis, digna quæ plectantur capite, propter quæ vitia quis debet amittere uitam. Hinc dicitur capitale crimen, in quo capitis, h. e. uitæ periculum agitur, Das den halß betrifft. Ita iudicium capitale, Halßgericht. Capitale odium, capitalis hostis.

Ah stulte) Obserua uoces, quibus contumelioſus est in Mitionem Demea. 1. Stultus. 2. Somnias. 3. Hominis est, id est, Tu indignus es appellatione hominis. 4. Sanum te credis esse, id est, Insanus es. 5. Vt ego uideam tuam ineptiam, id est, Tu es ineptus. 6. Hanc dementiam, id est, Es demens. 7. Senex delirans. 8. Corrector, per ironiam, Ey du hanst ein ding wol zu recht bringen.

Res composita) Die ſache iſt vertragen. Sic dicimus, Componere litem, Vneinigkeit vertragen. Mutare sententiam, hoc est, Decedere sententia.

Aequo animo fero) Locus communis, Aduersam fortunam æquo animo ferendam esse, Estq; insignis sententia, Feras, non culpes, quod uitari non potest. Vide Gel. lib. 17. Cap. 14.

Quasi cum ludas tesseris) Ouidius eodem modo ait, Ludit in humanis diuina potentia rebus.

Et certam præsens vix habet hora fidem) Et Plautus in Prolog. Capti. Dijnos quaſi pilas habent homines. Hæc sententia Terentij Platonis est, teste Plutarcho. Grauis est autem similitudo, qua

declarat prudentiam Mitionis, qui non tumultuatur ob factum Aeschini, quod infectum fieri nequit, sed consulit, ut medicetur malo, ut adiuuet Aeschinum, & puellam uitiatam, quam neutiquam uel deserere æquum erat, uel etiam uolebat Aeschinus, intercedente partim lege, partim fide data.

Non cadit) Cicero lib. 4. Epist. 4. & lib. 1. de Orato. Insperanti mihi, sed ualde optanti utrique nostrum cecidit.

Neque est, neque illam) Omissis seriis incipit hic exagitare duritatem Demeæ, quando consuluerit, quod ad rem attinebat. Constat autem totus locus facetijs. Facit autem hoc ideo Mitio. Nam erat hoc præstandum, quod supra dixerat initio, cum placo, aduersor sedulo, &c.

Domi erit) Pertinebat etiam hoc ad descriptionem Mitionis, ut tribueret ei facilitatem, & fœlicitatem iocandi, ac festiuitatem, quæ certè in ipsa natura cuiusq; consistit maxime, nec comparatur ullis præceptis, sed excolitur. Non cuicunq; datum est habere nasum, inquit Poeta, & ludere stolida procacitate, ineptiæ tribuitur. Vide Martial. Vt sit ita Demea Mitioni, quod asinus simiæ.

Sanum ne te credis) Sanus, Gesundt. Per Metaphoram sanus dicitur, Der bey sinnen ist. Insanus, Einer der nicht bey sinnen ist, ut sit mens sana in corpore sano.

Tu inter eas restim ductans saltabis) hoc est, κορδακισμὸν agens RESTIS, Comi-

ca est

ea est saltatio ridicula, rusticana, eneruis ac indecora, cuius aliqua species remansit in Atellanis, in quibus obscena gesticulatione & agitatione corporis aliqua libidinis & turpitudinis significatio repræsentabatur, quales etiam ferè ideo sunt Italorum, Gallorum, & inferioris Germaniæ hominum, non decoræ saltationes. Apud Aristophanem in nubibus uocatur κόρδαξ. Vide Athenæum libro 14. & Pollucem libro 4. Capite 13. de speciebus saltationum. Demosthenes 2. Olynth. quando describit priuatam Philippi intemperantiam item meminit κορδακισμῶν. Et Cicero de Oratore ad Brutum, Trocheum autem, inquit, qui est eodem spacio, quo choreus, Kordacem appellat, Quia contractio & breuitas dignitatem non habet. Meminit restis etiam Liuius lib. 7. Decad. 3. In foro pompa constituit per manus reste data, uirgines sonum uocis pulsu pedum modulantes, incesserunt.

Luxu perditus) Luxus aut luxuries, vberfluß. Significat copiam rerum. Luxuriare per metaphoram significat insolentem esse et nimium securum, & nimium efferri. Stoltz vnd hochmüttig sein. Ouid. Luxuriant animi rebus, plærunq; secundis. Luxuries etiam uitium est agrorum. Wenn ein acker zu geyl ist. Et apud Plin. & Virg. Inde luxuriare agrum dicimus. Ouidius in Epistolis, Luxuriat phrygio sanguine pinguis humus. Depascere apud Virgilium. Schrapffen. Supra in Heaut. Luxu affluere.

Ipsa si cupiat salus) Salutis Romæ fuisse templum, apparet ex Plinio libro 35. Cap. 4. Vbi scribit ædem salutis pictam fuisse à Fabio pictore, Anno urbis conditæ 450. Eamq; picturam duravisse ad suam ætatem, æde Claudij principatu exusta. Salutem autem pro Dea cultam fuisse, etiam ex Hecyra Terentij apparet, Quod te Aesculapi. & te salus, ne quid huius fiat, &c.

SCHOLIA QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. IIII. Scen. VII. Ibo, Illis, &c.

IVrgium Demeæ cum fratre propter peccatum Aeschini hæc Scena continet, in qua descriptio personæ comis, mitis & lenis in Mitione & scueræ atque implacabilis in Demea nobis proponitur. ἄλλως. P. A. Demeá de nuptijs resciscit. Is fingitur iam tumultuari. Verum postea placabitur. Ibo) scilicet, Re expedita, ipsa ibo, nec mittam aliquem seruum aut nuncium. Illis) id est, Renunciabo matri Sostratæ & puellæ Pamphilæ. Causa, quare uelit ire. Moram) scilicet de nuptijs, quasi dicat. Dicam nuptias iam debere fieri. In nobis) scilicet. Quin Aeschinus ducat uxorem. Sed) Verba iratißimi Demeæ. Eccum) Pro, Ecce eum. s. fratrem Mitionem. Iamdudum) Obiurgatio, quare non domi manserit. Quæro) q. d. Habeo, quod tecum loquar. Quidnam) id est. Quæ fuit causa, cur me quæsiuisti. Humanißima est

responsio Mitionis per interrogationem. Fero) *Propositio accusationis uehemens, & iucunda pro decoro personæ.* Ad te) *scilicet, Qui es pater illius adolescentis.* Alia) *Ostendit multa præcessisse, & adhuc multa esse reliqua.* Ad te) *ſ. Tanquam ad authorem.* Flagitia) *Ostendit cuiusmodi futura sit accusatio.* Ingentia) *scilicet, In comparatione reliquorum. Amplificatio.* Fero) *Locus attentionis. Affirmat enim se producturum esse magna & noua flagitia.* Boni) *ſ. Aeschini. q. d. peßimi. Ironia, quæ semper habet quiddam amarius, quàm manifesta criminatio.*

Ecce autem) Sehe doch einer zu. *Admirantis, quo tam subito accidat, aliquid inopinatum & insperatum.* Noua) *i. Recentia, inusitata, q. d. Nemo hactenus talia audiuit.* Capitalia) Die den kopff oder das leben antreffen. Ohé) Eſt Interiectio fastidientis cum indignatione. Ey laß es doch bleiben. Iam) *ſ. Adfero illa flagitia.* Ne scis) *Extrema pars Epitasis. h. e. Turbarum, siue tumultus, & incrementi rerum Aschini. Acerbißime enim cum Mitione Demea expostulat, queriturq; eius indulgentiâ corrumpi Aeschinum. Habemus igitur in Demea sicut & Donatus admonuit, exemplum intempestiui & importuni monitoris, siue obiurgatoris. Nam cum Mitionis prudentia & humanitate res omnis iam composita sit, ipse nunc domum uenit, & intempestiue obiurgationem retexit ut, sit hæc Scena ἀντίθεσις superiorum. Opponitur enim hic Demea*

iam

meæ asperitas & humanitas ijs, quæ supra humaniſſime à Mitione facta sunt. Est autem & illud exemplum humanitatis in Mitione obseruatu dignum, quod Demeam iniuſte iraſcentem non acerbe rurſus impetat, & à ſe repellat, ſed leniſſime ferat, ut poſtea quam ſtomachatus fuerit Demea, ipſe tempeſtiuus ire obuiam obiurgare eum pro humanitate ſua poſſit. Qui vir) Scilicet, Qualis. Sit) ſ. Aeſchinus. Ironia. &welchen Man es angehet. Ah) Indignantis & reprehendentis. Somnias) Du meineſt oder denckeſt. Pſaltria) Scilicet, Rapta. Hoc) ſ. De quo iam dicam. Peccatum) Id eſt, Admiſſum, Gehandelt. Ciuem) Amplificatio expoſtulationis à conditione perſonæ. Eho) Indignantis. Scis) Scilicet, Hoc feciſſe filium. Alludit ad hoc dictum Senecæ, Qui ſcit peccatum & non corrigit, cum poteſt, iubet peccare. Patere) Id eſt, Tolleras. Argumentum ab officio paterno. Patiar) Leniſſima Mitionis reſponſio, qua frater iracundiam eludit.

Dic mihi) Comminatio. Clamas) Id eſt, Indignaris. Inſanis) ſ. Præ indignatione, Hebſtu nicht an zu wůten darůber. Congeries uitiorum hic ponitur. Non) ſ. Clamo. Malim) ſ. Te corrigere filium propter peccatum. Alij ſic exponunt malim. ſ. Te clamare & inſanire, uel, malim, ſcilicet, Non eſſe commiſſum hoc flagitium. Puer) Propoſitio. Dij bene vortant) Gott gebe glůck darzu/ſo haben wir vber ein jahr ein anders. Habet) Id eſt, Eſt indotata. Dotata, Eine Iungfraw/ die viel zu einem brin-

get. Audiui) Scilicet esse indotatam. Scilicet) s. Ducet indotatam. Futurum) Expositio propositionis, in qua incipit sollicitus esse de futuris incommodis. Futurum) &was wird auff die letzte darauß werden. Id) Scilicet, Futurum est. Fert res) .i. Quod fieri debet, &wie es die sache gibt. Illinc) .i. Ex ædibus Sostratæ matris. Virgo) s. Puella. Huc) .i. In meas ædes. O Iupiter) Tragica exclamatio irascentis. Oportet) s. Instituere liberos, uel, fieri. Facias) Addit, quod multa habeat. Quid facias) s. Rogas. Hoc loco mendum subesse arbitror.

Re ipsa) Id est, In ueritate, &wenn dich das ernstlich vnd in der warheit nicht verdreust. Est hominis) Id est, Spectat ad bonum hominem. Simulare) s. Fingere iram, Du seltest dich gestellet haben, alß werestu zornig. Istuc) Scilicet, Factum filij. Certe) Scilicet, Saltem, Nur. Despondi) s. Aeschino, ego ut socer, Gefreyet, zugesaget. Composita) Id est, Transacta, Geschlicht, vertragen, hingeleget. Virginem) Scilicet, Psaltriam. Dempsi) Quia factum est mea uoluntate. Hæc magis sunt Hominis) Q. d. Tu non mereris dici homo. Ironia, Potius est hominis mala sanare & corrigere, quàm exasperare. Hominis) s. Vt nuptiæ fiant, cum res sit composita. Placet) Scilicet, Quod uitiauit uirginem ciuem. Hæc pertinent ad superiora, modo ut uelit prouocare ad iram Mitionem. Q. d. Nemo hominum hoc potest probare. Non) s. Placeret. Hic uides Mitionem idem sentire cum Demea de prauitate, & peccato

cato Aeschini, sed tamen diuersas habere rationes, quas sequitur in delendo peccato Aeschini. Censet enim humanitate & æquitate, non summo iure utendum esse. Demea autem putat se satisfeciſſe ſuo officio, ſi ſæuiat & aſperitate quadam odioſa in eum, qui peccauerit, utatur. Mutare) ſ. ſi non eſſet factum.

Nunc) Noema elegans, quo monemur temporiac neceßitati ſeruiendum eſſe. Eſt enim ſimile illi, ut poſſumus, quoniam ut uolumus non licet. Item illi, Quod factum eſt, infectum fieri non poteſt. Item illi, Præſentem fortunam boni conſule. Sic ſupra in Andria, Seruulus per ſe quidem ſtultus at tardus non ſtultam hero ſubijcit ſententiam, Quæſo ædepol, inquit, Charine, quoniam id fieri, quod uis, non poteſt, uelis id, quod poßis. Quæro) ſ. Mutat factum. Ille dicit de ſuo negocio, ſed in genere uult dicere Poeta de omnibus negocijs in hac humanæ uitæ ſocietate. Fero) So muß ich es dulden. Ita vita eſt) Elegantißima eſt ſententia ſumpta ex media Philoſophia, & loquitur de moderatione animi, ut res minus ſecundas corrigat, & æquo animo ferat. Sumſit autem Poeta hanc politicam & œconomicam ſententiam ex Platone, ſicut teſtatur Plutarchus. ἄλλως. Amplificatio à loco communi, præſentia boni eſſe conſulenda, & multa in communi hominum uita euenire, quæ uiro prudenti ſunt diſſimulanda. Vide prouerb. apud Eraſ. Omnem iacere aleam. Ita) ſ. Talis. Vita eſt) Es ſtehet mit einem jedern Menſchen alſo zu. Eſt) ſ. Comparata. Teſſara, Ein Würffel/

vnd die losung der Kriegsleute. Quasi) Hic est notandus modus loquendi. Illud) Scilicet, Quod est in manu fortunæ. Opus) Scilicet, Quod quisq; expetit, quod est optimum, Das am besten ist. Iactu) s. in hudo tesserarum. Non cadit) Du wirffests nicht. Arte) s. Ratione correctura, so fehlet es daran, das du es gebest. Q. d. Postea in nobis est situm id distribuere, quod cecidit. Corrigas) Id est, Aequo animo feras, Das du es wendest. Forte) s. Quod minime opus est iactu, ars est accipienda pro fortuna. Forte) Scilicet, Fortuna. Arte) s. Industria. Plato uitam humanam similem esse dixit alearum ludo, in quo oporteat accommoda & ijs, quæ ceciderint, recte uti. Quid cadat, id fortunæ in manu est, Distribuere uero recte, quæ fortè ceciderunt, id in nobis situm est. Hanc collationem haud dubiè imitatus est Terentius. Eadem est sententia apud Aristotelem lib. 1. Ethicor. cap. 10. de Tetragono.

Corrector) Ironia amarulenta, Q. d. Ey du schöner besserer. Dictum irati fratris. Quia repetit idem uocabulum, ut solent homines irati. Corrector) Profecto (inquit) tu potes arti[illegible] Tu es ille insignis corrector, Ia du hast wol gebessert. Psaltria) Scilicet, Meretrice. Quantum potest) i. Velocissima, Quam primum, Auff das förderlichste. Aliquo) Quia non aliter cogitat, quam quod sit etiam amica Aeschini. Abijciendo) Emphatico uerbo usus est. Precio) Scilicet, Potest abijci. Gratuis) Muß man es vmbsonst hinweg geben. Negest)

est) *s.* Abijcienda, Zuuerstossen. Hæc dicit, ne prodatur Cteſipho. Facies) *s.* Cum Psaltria, si neq; uis abijcere, neq; uendere. Domi erit) Festiuissima responsio. Q. d. Sie sol des hauses hüten. Proh) Tragica exclamatio per indignationem rei. Meretrix) Id est, Psaltria. Mater) Scilicet, Pamphila. In domo) Sollen zugleich halten. Egregia sententia, quod minime conueniat inter matronam modestam, & meretricem. Diuum) Tragico uocabulo utitur. Hilff allmechtiger Gott. Cur non) Scilicet, Hoc posset esse, aut cur non unà cohabitarent. Esse) *s.* Qui hoc existimas esse iustum. Sanum) Vituperantis est. Q. d. Etiam intelligis, quæ loqueris. Arbitror) *s.* Me esse sanum & præditum ratione.

Ita me Dij) Iterum repetit illam uehementem reprehensionem & obiurgationem erga fratrem, & dicuntur hæc uerba cum magna iracundia & irrisione. Facturum) Scilicet, Habiturum te eam domi, uel, facturum, Scilicet, ob eam caussam, ut sit meretrix & materfamilias in una domo. Qui cum) Scilicet, Cum qua. Cur non) Scilicet, Haberem aliquam, quæ caneret. Non) *s.* Hoc fieret. Nupta) *s.* Pamphila. Q. d. Tu tamen deberes habere rationem nouæ nuptæ, quæ facile talia discit. Quia illa conuersatione malorum mulierum facillime pereunt honestissimæ matronæ. Grauissimum igitur dictum est de consuetudine malorum. Discet) Scilicet, A meretrice, scilicet, futurum est, ut discat. Scilicet) Ad exhibendum affirmandi. Tu) Scilicet, Homo planè ineptus.

Dicit hoc Demea singulari quodam stomacho. Inter eas) Scilicet, Nouam nuptam & Psaltriam. Ductans) Q. d. Tu eris etiam in illa chorea, Du wirst dich auch mit am Reyen finden lassen. Restis proprie dicitur chorea, quæ fit consertione manuum. Hinc dicimur ducere restim, Den Reyen führen. Attellanæ autem saltationis est genus, in quo obscœnis gesticulationibus libido representabatur ab Atella ciuitate uocatum. Vide Græcam Grammaticam D. Philippi Melanthonis.

Probe) Scilicet, Quid ni facerem, Tu) s. Etiamsi sis iratus. Vna) s. Saltabis. Verba sunt admodum scoptica. Opus sit) s. Aliquo saltatore. H. e. Si non sufficerent ad choream, wenn es an tantzinchern mangeln wolte. Hei mihi) Improbantis. Ita est ira percitus, ut uix poßit respondere fratri, nedum inspicere eum. Hæc) Pro, Horum. Pudent) Scilicet, Loqui. Iam vero) Altera urbanitas, Satis est, inquit, quod hactenus mecum contendisti. Fac) Scilicet, Exhibe, præbe, Inuitat eum ad nuptias. Gnati) s. Aeschini. Vti) s. Quemadmodum. Hos) s. Filium, Sostratam, & sponsam. Conueniam) s. Vt intersint nuptijs. Hilarem) Id est, Facilem, & beneuolentem, et ita comparatum, ut cui placeant hæ nuptiæ. O Iuppiter) Hic nihil docet Terentius, sed dicuntur sententiæ Eclipticæ, quibus aliquid reprehendit. Vitam) Scilicet, Tolerari oportet. Hoscine) s. Decet esse. Dementiam) Scilicet, Esse conuenit, ut nesciant, quid sit faciendum. Vxor) Exponet per speciem, quod

antea

antea dixit generaliter. Sine dote) Scilicet, Paupercula, Ohne Morgengabe. Intus) ſ. In domo Mitionis. Pſaltria) ſ. Meretrix. Sitzet, ſchlemmet, vnnd pancketieret, wil gnugſam haben. Domus) ſ. Tota familia. Adoleſcens) ſ. Aeſchinus, ipſe eſt helluo maximus. Der iunge rotzlöffel. Luxu) ſ. Nihil ſcit, quod pertinet ad Oeconomiam. Delirant) ſ. Ein alter Narr. Alludit, ad reſtim ductans. Familiam) Scilicet, Quæ eſt corruptiſſimis moribus. Salus) ſ. Si omnia aſſatim ſuppeditarentur, tamen illa familia tandem corruet. Hac formula poſſumus uti in extrema alicuius rei deſperatione. Wenn vnſer Herr Gott das Hauß wolt erhalten, ſo köndte es nicht beſtehen. Salus) ſ. Dea ſaluti hominum proſpiciens. ἀσυμφώνιμα. Sumptuoſa) Es gehet in dem Hauſe viel auff. Perditus) Ein hin verzogen kind.

ARGVMENTVM M. AMBROSII IN ACT. V SCEN. I.

Aedepol, &c.

SYrus in fallendis ſenibus ſtudioſiſſimum ſe hactenus oſtendit, Tandem etiam ſibi conſulens decreuit producere diem aliquo conuiuio. Surgens itaq; à cœna mirum in modum gaudere incipit, quod tam laute ſe curauerit ſerio triumphans de ea uoluptate, quam nihil dubitat ſummum eſſe bonum, quod eſt maxime in hac uita expetendum. Deinde quod requiritur poſt lautum aliquod conuiuium, conſtituit ali-

quantisper deambulare, ut iterum paratus ad cenam ueniat. Interim uero dum ire pergit fit obuiam iratus Demea, quem suo more iam bene potus secure & salse ridet. Sed Demea indigne fert, & supra modum stomachatur obiurgans temulentum seruum, qui ociose studeat paulatim omnia bona sui domini dilapidare.

ALIVD EIVSDEM IN I. ET II. SCENAM Actus V.

QVomodo suum munus administrauerit Syrus incarpendo, quod bellißimum esset, & in cyathis sorbitandis, ipse bene potus, in hac Scena ostendit. Valde autem gloriatur, quod sit pransus ex animi sententia, sed hoc gaudium Demea qui præter expectationem adest nonnihil interturbat, cuius obiurgationes contemnit quidem Syrus, interim tamen metuit, ne aliquid mali ad Ctesiphonem redeat, &c.

ALIVD EIVSDEM IN I. ET II. SCENAM Actus V.

SVpra constituit Syrus se producturum diem carpendo, quod esset bellißimum, & sorbillando cyathos. Quare hic subijcitur, quod hoc strenue fecerit, id quod apparet ex ipsius oratione. Cæterum præter omnium

omnium opinionem subito adest Demea, Is antea iratus seruo propter illam falsam monstrationem, & quia nunc intelligit bene potum esse, instituit aduersus eum omnino grauem reprehensionem, quam Syrus ridendo eludit. Interim quia inter loquendum domum reuertatur ad pocula à Ctesiphone, non exoriuntur turbæ, quæ amorem Ctesiphonis hactenus celatum, nunc uero patri palàm factum esse ostendunt.

ALIVD ἄδηλον.

EXit Syrus egregiè potus occasionem prebens ad Epitasin periculi Ctesiphonis, & iram Demeæ incitans, quæ ad turbam sequentem reseruatur.

ALIVD ἄδηλον.

REdit in Scenam Syrus ebrius, eaq; re occasionem præbet, ut deprehendatur peccatum Ctesiphonis. Depingit autem hæc Scena seruorum mores, qui si non diligenter obseruentur, plærumq; potationibus & alijs flagitijs indulgere solent.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. V. Scen. I.

Aedepol, &c.

Ocioſum ab animo facit Syrum bene potum. Sic enim fit per liberum patrem. Vide Horat. 1. Epiſt. Vide autem, quam fœliciter oratione expreſſerit ebrij nebulonis geſtus & ſecuritatem, & quomodo exagitet perſuaſionem ſapientiæ in Demea, &c.

Sum ſatur omnium rerum) .i. Cœpit me ſatietas & odium rerum. Supra in Eunuch. Satietas eum cœperat. Infra in Hecyr. Satietas iam tenet ſtudiorum iſtorum. Supra in Heaut. Obſaturaberis, Ich bin aller ding müde oder vberdrüſſig.

Verba fundis ſapientia) Cicero 3. Tuſc. Quæſt. Niſi ſi uellent inanes uoces fundere. Sic profundere multum uerborum. Cicero libro 3. Epiſt. 15. Effundere gratiam Cæſaris. Item libro 1. Epiſt. 9. Effundere iram, pro emouere, iram conſenuiſſe. Item 2. Offi. Effundere rem familiarem, H. e. Prodigere.

Sedatum) Supra Compoſitum. Das da kaum hingeleget iſt.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. V. Scen. I. Aedepol, &c.

PAraſceue Epitaſis negocij Cteſiphonis, & habet hic exemplum licentiæ ſeruorum ſub miti domino. Obſerua autem in hac Scena locum communem de ſecuritate ebriorum. Non enim pertimeſcit interuentum ſenis. Noti ſunt uerſiculi apud Horatium,

tium, Quid non ebrietas designat, operta recludit, ἄλλως. Paraſceue ad ſequens periculum, ubi reſciſcit Demea Cteſiphonem peccaſſe. Aedepol) Verba Syri admodum geſtientis & incedentis, ut neſciat, quid facere debeat præ nimio gaudio, quod omnia tam fœliciter ſuccedant & eſt imago ſeruorum, qui ſic ſolent indulgere genio. Syriſce) Seruus ſe blandiendi gratia alloquitur per diminutiuum. Molliter) Id eſt, Delicate, Zertling. Curaſti) ſ. De alieno. Du haſt deiner wol gepflogen / Du haſt einen guten muth gehabt. Munus) .i. Edendo & bibendo. Laute) Scilicet, Splendide. Adminiſtraſti) Du haſt dein ampt dapffer außgerichtet. Abi) Zeuch hin. Blandientis cum quadam collatione. Sic autem loquimur, quando compotes facti ſumus, ut ſupra, Abi Cteſipho, patriſſas, uirum te iudico. Satur) .i. Satis edi & bibi. De curanda dieta præceptum eſt, atq; hic ſignificat, quod ſit admodum ebrius. Prodeambulare) ſ. Hinc inde. Hin vnd wider ſpatziren gehen / wie ein groſſer Herr. Libitum eſt) Ich habe es für gut angeſehen / Ich habe ein lüſtlein darzu. Satis pro imperio hæc dicit, tanquam potens quidam, Q. d. Vbi ſatis eſt deambulatum, redibo ad pocula, atq; hæc ſunt caſtra Epicuri.

Illud) Cum magno ſtomacho hoc dicit. Iam autem ſignificat Poeta in perſona ſenis, cuiuſmodi ſit illa peritia Oeconomiæ. Profecto (inquit) qui habet eiuſmodi ſeruos, bene poteſt fieri diues. Videſis) Pro, Vide. Exemplum) Q. d. Hoc in omnibus agi-

tur,

tur, quod in ipso uno agitur, Est optima Oeconomia in ædibus mei fratris, H. e. Ex eo potes colligere, qualis sit tota familia. Disciplinæ) Per ἀντίφρασιν & breuem declarationem, significat in totum abesse disciplinam. Quasi dicat, Ey wie ein fein zuchtmeister ist das. Disciplinæ) Scilicet, Quæ est in hac domo. Ferè seruorum opera in instituendis liberis olim utebantur, Sicuti est uidere apud Plutarchum in uita Catonis Censorij. Huc alludit Demea, quod & ipse Syrus pædagogus nuper fuit. Sic enim ait, Quem ego puerum tantillum in manibus gestaui meis. Significat igitur Demea illum infeliciter mores adolescentum emendaturum esse, qui ipse sit moribus corruptißimis. Lacedemonij uerò illi frugaliſsimi & Lycurgi legibus bene instituti, cum ab ebrietate perinde ac re fœdißima iuuentutẽ abhorrere uellent, hunc morem obseruabant, ut in festiuitate seruos ingurgitatos in conuiuia iuuenum abduci iuberent, ut illi spectantes ebriorum turpitudinem, ebrietatem ueluti rem fœdam ac deformem perhorrescerent.

Ecce) Admirantis & circumspicientis subitò. Senex) .i. Demea. Quid fit) Interrogat uice salutationis, ut solent ebrij. Tu) Intuetur eum. Quid fit) &wie stehen die hendel? wie gehet es. Tristis) Verba hominis ebrij. Primum fingit eum respicientem subito. Tristis) Quia Demea est admodum iratus, quod uidet illum perditum seruum. Q. d. Tu admodum diues deberes talem uitam agere, atq; ego. Ohe) Indignantis. Scelus) Pro sceleſtus. Q. d. Tu

ne deberes esse mei fratris seruus. Eho) Admirantis. Seruus senem confidenter alloquitur, quod ebrium decet, Sicut Ouidius ait, Tunc pauper cornua sumit. Sapientia) ſ. Existens. Gibstu abermal klugheit für. Fundis verba) Scilicet, Inutiliter loqueris. Est memor superiorum uerborum, quod dixit. Tu quantus quantus es, nihil nisi sapientia. Hic) ſ. Apud seruum ebrium. Iuxta Prouerbium, Einem trunckenen Manne ſol man raum geben. Huc ſpectat, quod supra dixit, ſi quid præcipias, nemo obtemperat.

Tun*) Interminantis uox est, Q. d. Si esses sub meo imperio, egregie te pro dignitate tractarem, & hic iterum prædicat ſuam uigilantiam, & putat ſe esse optimum Oeconomum. Meus) ſ. Auderes ea facere. Nolui senex mittere falcem in alienam messem. Dis) .i. Diues, locuples, beatus esses, Q. d. Tuis rebus optime esset consultum. Constabiliſſes) Addit adhuc, quod maius est. Du hetteſt dein Hauß wol beſchicket vnd beſtellet. Rem) Scilicet, Facultates. Omnibus) .i. Seruis. Exemplum) Addit, quid in animo habeat, Q. d. Ita indigne te tractarem, ut esses exemplum omnibus malis seruis. Das ſich alle andere Böß wichter ſollen daran ſtoſſen. Vt tuo exemplo à talibus flagitijs absterrerentur. Quamobrem) Id est, Velles me statuere exemplum, uel, cur uelles ita mecum agere. In turba) Vide amarulentiam senis. Cum enim unum ebrium cernat, totam familiam temulentiæ incuſat. Peccato) Scilicet, Aeſchini, ubi minime esset bibendum. Addit, quid in causa ſit,

cur

cur tantopere indignetur, & adeò irascatur seruo. Potastis) Scilicet, Vnà omnes, Da saufft jhr euch voll. Virg. Et crimine ab uno disce omnes. Quod) Scilicet, Peccatum. Sedatum) .i. Compositum. Q. d. Illa res non satis est deducta ad finem. Bene gesta) s. Quasi nihil esset periculi. Exitum) H. e. Pœnitet quod exierim, aut surrexerim, uel, exitum, scilicet, quem mihi senex minatur.

ARGVMENTVM M. AMBROSII IN ACT. V. SCEN. II. Heus, &c.

IPse Syrus occasio est, quod peccatum Ctesiphonis palàm fiat, idq; accidit ebrietatis uitio. Hactenus enim summa cura ac diligentia id unum curauit, ne Demea resciscceret amorem adolescentis, & quod supra ipse Ctesipho timuit, ne per Lenonem proderetur, id præter opinionem per Syrum temulentum conficitur, cuius consilio & opera seruatus erat. Sic autem cognoscit senex totum negocium, primum audit clamorem serui Dromonis, qui & ipse ebrius, magna uoce Syrum reuocat nomine Ctesiphonis ad conuiuium, unde satis intelligit pater actum esse de moribus filij. Deinde Syrus planissime rem prodit, qui senem ingredientem magna ui retrahere conatur, quo gestu tanquam digito significat seu ostendit filium interesse conuiuio. Proinde Demea certissimus factus Syro frustra prohibente rectà ingredi-

tur

tur fratris domum. Inuenit autem filium non sine magno dolore potantem & oblectantem se cum amica.

ALIVD ἄσκλον.

A Syro non satis cogitante per imprudentiam Ctesipho proditur Demeæ, qui postquam resciscit peccatum filij, furere planè incipit.

ALIVD ἄσκλον.

HAc Scena continetur euentus, & exemplum superioris. Nam dum Syrus à Dromone reuocatur, Demea audiens hoc, in domum Mitionis irruit, atq; filium Ctesiphonem potantem & oblectantem se cum amica deprehendit frustra reluctante Syro.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. V. Scen. II. Heus, &c.

ABstines mastigia) Μαστιγίας ου. Verberonem Græcis significat, Hoc est, Dignum, in quem uerberibus animaduertatur. Inde Latini in prima declinatione dicunt Mastigia, æ, à μάστιξ .i. Flagellum, καὶ μαστιγόω. Id est, Flagello. Est autem conuitium, quod in seruũ conuenit, sicut furciferum alibi

libi uocat, Einen ſchalck/ der da wirdig iſt/ das man jhnen zur ſtaupe hawe. Infra in Phorm. uſus eſt Poeta latina uoce, Verbero, Sicut & Plautus in Aulu. Verberatiſſime. Sic Plautus in Captiuis, Crucior lapidem non habere, ut illi maſtigiæ cerebrum excuetiam.

Edormiſcam hoc villi) Cicero in Anto. 2. Philip. Edormi, atq; exhala iſtam crapulam. Plautus in Amphitr. Dum edormiſcat unum ſomnum.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. V. Scen. II. Heus, &c.

Reſciſcit pater Cteſiphonis filij peccatum, eaq; eſt extrema pars Epitaſis. Heus) Vocantis. Redeas) Scilicet, Ad conuiuium, ſeu ad pocula, ſeu ad compotationem. Eſt deſcriptio non tantum, quæ eſt in urbibus, ſed etiam in aula. Abi) Annuentis & mandantis, ut abeat. Admodū enim indignatur, quod non in tempore ueniat Dromo. Quod) Scilicet, Quare. Ibi incipit primum reſciſcere Demea peccatum Cteſiphonis, quem tam bene educatum putabat. Narrat) Id eſt, Nominat. Q. d. Quare facit eius mentionem. Eho) Indignantis. Carnifex) Du gōtz/ Du böſewicht. Intus) ſ. in ædibus Mitionis apud Pſaltriam. Iam incipit ſeruum obiurgare. Non eſt) Scilicet, In his ædibus. Nominat) ſ. Si non eſt intus. Alius) ſ. Hoc nomine Cteſipho. Syrus eſt inſtructus ad

omnia

omnia negocia, omnesq; fallacias. Parasitaster) Ein Küchenbube, ein kleiner tellerlecker, Stock oder Geltnarre. Vide Vallam lib 1. cap. 7. h. e. Imitator parasiti. Nostin') Scilicet, Esse alium tali nomine. Scibo) s. An sit alius, uel, cuiusmodi sit Ctesipho, non me decipies amplius. Agis) Dehortantis, Vis (inquit) ingredi in ædes. Mitte) interminantis. Noli) s. Intrare. Quia imminent tibi pericula. Syrus hic planissime rem prodit, qui senem ingredientem magna ui retrahere conatur, quo gestu tanquam digito ostendit illum interesse conuiuio. Mastigia) scilicet, uerbero, ut qui dignus sit uerberibus. Dispergi) Scilicet, Baculo, fuste. Abit) Quare non potui prohibere. Sentit enim Syrus quod non possit resistere seni. Commessatorum) Id est, Futurum in illis ædibus existimo, Zechbrüder. Præsertim) Scilicet, Inprimis, puto fore non commodum commessatorem. Agam) Iam in re desperata tamen incipit consultare. Nunc) s. Cum senex interturbet conuiuium. Silescunt) Id est, componatur in ædibus. Turbæ) s. Quæ futuræ sunt. Angulum) Est cogitatio multorum hominum, qui re male gesta ita dicere solent. Edormiscam) s. ut paratus sim ad cogitandum & loquendum. Sic agam) Certum est, (inquit) ita facere & nihil aliud. Hoc villi) Atticismus est. Plautus tamen dixit, hoc uinulum. Commodum) Id est, opportunum, Eim guten zechbruder.

ARGVMENTVM M. ANTONII MAMBRESII IN ACT. V. SCEN. III. Parata à nobis, &c.

EGreditur senex ex fratris ædibus factus iratissimus, propterea quod filium, quem existimabat ipsam esse probitatem inuenerit non honestæ rei, sed amori operam dare, tum quod Psaltriam, quam extreme oderat, intellexerit ad filium frugationem pertinere. Propter hanc rem factus obuiam Mitioni ante ædes miras agit Tragœdias, & instituit aduersus fratrem durissimam expostulationem, quod non satis habuerit alterum filium sua indulgentia corrumpere, nisi etiam Ctesiphonem probum adolescentem ad nequitiam adduceret. Ita omnem culpam in fratrem reiecit. Sed Mitio pro sua natura se humanissimum præbet. Vult enim (ut antea dixi) non esse adiutor iracundiæ fratris, tantum recitat rationes quasdam suæ lenitatis, & simul hoc confutat, quod uideatur nimis indulgens esse pater, atq; his rationibus utcunq; placatur Demea, qui eò adducitur, ut consentiat in nuptias Aeschini, quibus se interfuturum promittit. Verum statim ne uideatur tam in breui prorsus alius factus, subijcit nouum consilium uidelicet, quod non uelit quiescere, donec filius abstrahatur à Psaltria, idq; se confecturum minime dubitat. Huius consilium festiuissime Mitio irridet satis significans illum amorem inter Ctesiphonem & Psaltriam nullo modo posse distrahi.

ALIVD

ALIVD EIVSDEM.

Miras egit hactenus Tragœdias Demea propter peccata Aeschini, qui & rapuerat Lenoni puellam, & obtulerat uitium ingenuæ. Iam uerò, quia intellexit Psaltriam, pertinere ad illum filium, quem putabat modestißimum esse, magis magisq; excandescit. Sed huius rei omnem culpam in fratrem transfert, cum quo durißime expostulat, quod illi, quem minime curare debuit, amicam emit. Ad hanc expostulationem respondet Mitio humanißime causas recenset suæ lenitatis, & simul fratrem, ut desinat esse tristis ac iratus, diligentißime rogat.

ALIVD EIVSDEM.

Accusauit hactenus ac damnauit Demea perditor mores Aeschini, nihil quicquam pertinere existimans ad alterum filium, quem & probum & admodum frugalem credebat. Nunc uero subito hoc audito ex Syro, quod esset in ædibus Mitionis, de tota spe cecidit, fitq; iratißimus, & statim incipit cum fratre ea de re expostulare durißime, in quem transfert culpam totam. Sed Mitio perpetua sua humanitate fratris iracundiam, quantum potest, reprimit ostendens se non esse temerè indulgentem, sed causas subesse satis honestas suæ lenitatis.

ALIVD ἄδηλον.

COgnito amore Ctesiphonis exclamat Demea, & cum Mitione acerrime expostulat, quæ est ἐπιτασις periculi Ctesiphonis. Sed mox Mitione causas suæ lenitatis honestas recensente placatur, quæ est Catastrophe eiusdem partis fabulæ. Observabis autem utranque personam sibi impositam egregie tueri.

ALIVD ἄδηλον.

EXtrema pars Epitasis rerum Ctesiphonis. Resciuit enim Demea peccatum eius, & omnem rem de Psaltria. Primum igitur Tragica expostulatione fratrem adoritur, clamans sua indulgentia & suum corrumpi filium, sed placatur postea tum Aeschino tum Ctesiphoni, posteaquam audit Mitionem honestas causas suæ lenitatis adferre, ita ut non temere indulgens, sed facilis potius, clemens, commodus, & humanus videatur. Est ergo hæc tota fabula collatio quædam personarum mitis parentis ac sæui.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. V. Scen. III.

Parata, &c.

Repressi

REpressi, redi) Hic tandem pudefit insignis illa sapientia Demeæ, qui gloriabatur se totis sex mensibus olfacturum, &c. Supra autem finxit semper Poeta laudari à probitate sua Ctesiphonem, ut fiat concitatior iam Epitasis, cum uideat se esse egregie fallum, & solum nescisse omnia, ut Syrus dixerat. Deinde quam non feret Demea suum malum æquo animo, ut Mitio, cum tamen mutare non queat. Igitur stulte & frustra quiritatur. Est igitur exemplum imprudentiæ, ut merito in prouerbium abire posst Demea iurgosior.

Communia esse amicorum omnia) M. Cicero lib. 1. Offic. eleganter tractat hanc sententiam, quæ repetita est à Græcis, πάντα τὰ τῶν φίλων κοινά Martialis lib. 2. in Candidum, Das nihil & dicis Candide, κοινὰ φίλων. Ouidius, Qui duo corporibus mentibus unus erat.

Principio) Confutat expostulationem respondens ad singula capita. I. De sumptibus Ctesiphonis, quos apud Mitionem faciat.

Si id te mordet) Mordere simpliciter est, Beissen. Inde mordax equus, Ein beissig Pferd. Sicut & mordaces literæ seu dentatæ, in quibus est multum conuitiorum. Per Metaphoram significat lacessere, conuitiari, maledictis incessere, Auff einen beissen / einem böse wort geben. Rodere, apud Horatium. Sic est supra in Eunuch. Mordere clanculum, Hic neutraliter usus est Poeta, Mordet te. H. e. Male te habet. Alibi, Vrit te, ægre fers, Es verdreust

dich. Sic item est in Eunuch. Par pari refert, quod cum mordeat.

Rationem antiquam obtine) Supra in Andr. Antiquum pol Crito obtines.

Conserua) Seruare in Heau. Vt seruos parta. Conseruare idem hic in Adelph. Vt, Conseruare rem familiarem, Sein Gut zusammen halten. Quærere rem, nach Gute trachten. Sic est apud Ouidium lib. 1. Fasto. Quærere ut absumant, absumpta requirere certant. Item, Non minor est uirtus, quam quærere, parta tueri.

Illis relinquas) Supra in Eunuch. Reliquit mihi omnia. Infra in Phorm. Act. 2. Scen. 3. At si talentum rem reliquisset decem. Facere rem, significat diuitem fieri. Supra, nunquam rem facies, Comparcere, Erkargen. Infra in Phorm. Comparsit miser.

Accedet) Zugehet. Dedecet) Wird abgehen.

Mitto) Importunus Demea non intelligit, quod sit Mitio. Igitur abire uult, cum tamen apte proponat Mitio de sumptibus. Erat enim inter obiecta crimina, cur emis amicam, &c.

Consuetudinem ipsorum) Consuetudo. Gemeinschafft, gesellschafft. Intercedit mihi magna consuetudo cum eo. Actiuum Consuefacio, Ich gewehne, Vt, Consuefeci filium. Passiuum consuefio, Ich werde gewehnet. Vt, Sic sum consuefactus, Ich bins also gewohnet. Neutrum, Consuesco, Ich gewehne einen. Inde Consuetudo, Eine gemeinschafft oder kunt-

schafft.

schafft, Vt, Intercedit mihi tecum magna consuetudo, Ich habe dein gute kundtschafft. Sic est hic, consuetudinem ipsorum.

Istuc ibam) Darauff gienge ich auch, hoc est, Dicturus quoque eram de moribus & consuetudine. Supra in Eunuch. Act. 1. Scena 2. Nesciebam, quorsum tu ires, Wo du zuletzt hinauß wolst.

Duo cum idem faciunt) Si exigas hæc omnia ad sacra, prophana, ad rem literarum, ad rem priuatam & publicam, apparebit, quam sapienter sint didicta. Non enim omnes omnia decent. Gel. lib. 11. cap. Euripides in Hecuba. λογὸς γὰρ ἐκ τ' ἀδοξοῦντῶν ἰὼν κ' τῶν δοκοῶντῶν αὐτὸς, οὐ ταυτὸν σθένει. Hoc est, Sermo eorum, qui sunt in nullo numemero, & eorum, qui ualent authoritate, idem quidem est, sed non idem ualet. Ennius uertit, Eadem dicta, eademq; oratio æqua non æque ualet.

Quæ ego video) σπαθρισμῷ probat similes esse utriusq; adolescentis animos, & mores, sicut res seu studia similia. Igitur non esse culpandos, quod simul uiuunt. Hoc pertinent dicta Poetarum. Mart. Pares amici. Horat. Nil ego contulerim, &c. Cicero, cum una de ambulatiuncula. Supra, Facile illorum obsequi studijs, &c.

Omissiores) s. Negligentiores, Vt qui non curant de crastino. Supra in Heau. Animo omisso. Horat. in arte Poetica, Vtilium tardus prouisor.

Sapimus rectius) Vide Ciceronis senectutem, ubi ex Homero repetit locum de sapientia &

eloquentia Nestoris senis. Vide etiam totam disputationem de experientia senum apud eundem Ciceronem. Iocasta apud Euripidem in Phœnissis ad Eteoclen filium, sapientissime dicit de senili prudentia.

ὦ τέκνον οὐχ ἅπαντα τοῦ γήρα κακά
Ετεόκλες πρόσεσιν, ἀλλ' ἡ ἐμπειρία
ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον, H. e.

O fili, non omnia mala senectuti
Adsunt, Eteocles, sed experientia
Potest aliquid dicere sapientius, quã iuventus.

Homerus de Nestore.

Solum vnum hoc vicium) Horatius in arte Poetica.

Multa senem circumueniunt incõmoda, vel quod
Quærit, & inuentis miser abstinet ac timet uti
Vel quod res omnes timide, gelidãq; ministrat
Dilator, spe longus, iners, auidusq; futuri
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor castigatorq; minorum. Cicero. Auaritia senilis quid sibi uelit, non intelligo. Potest enim quicquam esse absurdius, quàm quo minus uiæ restat, eò plus uiatici quærere. Hinc pro decoro fingit senem auarum. Id enim senum uicium est.

Sat ætas acuet) Scilicet, Incitabit ad parandas & tuendas opes. Hebes, obtusum, Stumpff. Inde per metaphoram refertur ad animũ, Hebes ingenium, H. e. Rude & crassum, sterile, obtusum ingenium, tardum, Vt est Heau. Acutum, Scharff oder spitzig.

Inde

Inde ita per Metaphoram, acutum ingenium, h. e. Fœlix ingenium, Ein guter verſtand. Germani utuntur eadem Metaphora cum dicunt, Ein ſpitziger kopff. Inde acuere hic ſignificat inſtigare, impellere, & extimulare, ſeu attentum facere ad aliquam rem conficiendam, Auffmerckig machen.

Bonæ tuæ rationes) Deine gute anſchlege. Demeæ etiam conuicti tamen dubitant, adeò nihil poſſunt exiſtimare iudicio, Viaticum, Eine zehrung wenn einer vber land gehet.

Animus æquos ſubuortant) Dein groſſer gelimpff. Subuertere proprie ſignificat, vmbſtoſſen. Per Metaphoram, in diſcrimen & periculum adducere. Zu ſchaden bringen, In vnglück bringen.

Tace) Omiſſis ſerijs & grauiſſima diſputatione de uſu rerum de conſuetudine adoleſcentium, deq; ſimilitudine ingeniorum & ſtudiorum, & contra. Item de ſenili prudentia, deq; eorum auaritia, redit etiam ad ſuauitatem & facetiam, ac pro facilitate ingenij amanter iocatur exagitans ſeueritatem & minas Demeæ. Sic & ſupra, &c.

Da te hodie mihi) Supra in Eunuch. Act. 3. Scen. 3. Mihi ſeſe dare. Cicero lib. 1. Epiſt. 7. Quare da te homini. Et lib. 4. Epiſt. 5. Et lib. 3 Epiſt. 1.

Exporrige frontem) Id eſt, Hilareſce. eſto hilaris. Præſtare ſe facilem, h. e. Exhibere, Sich gutwillig erzeigen. Præſtare culpam. Gut für den ſchaden ſein. Homo homini quid præſtat, h. e. Excel-

lit, obtuiſſi. Præſtare officium, hoc eſt, Facere officium, Einen dienſt thun. Præſtabo te integrum apud Ciceronem in Epiſt. h. e. Seruabo te, faciam, ut tuæ res ſint in tuto.

Cum prima luce) Idem quod Germani dicunt, Mit dem erſten morgen, cum luceſcit. Sic dicunt, cum prima face, Wenn man Liecht auffträget. De nocte, habet ſignificationem aduerbij temporis, h. e. Noctu, Des Nachts. Sic eſt etiam apud Horat. Surgunt de nocte Latrones, h. e. Noctu ſurgunt. Sic de die, h. e. Interdiu, Am tage. Item ſignificationem temporis habet infra in Adelph. Apparare de die conuiuium.

Face te hilarum) H. e. Præbe te hilarem, Erzeige dich frölich. Obſeruabis autem Latinos dicere promiſcuè hilarus & hilaris utriuſq; terminationis. Habes exempla, Fac te hilarum. Et, Ei rei hilarem hunc ſumimus diem.

Pugnaueris) Donatus, Magnam rem effeceris, utiliter collocaueris operam, Du wirſts gut darmit machen. Simile ferè eſt, quod in And. Act. 5. Scena 3. dicitur, Viceris.

Fumi ac Pollinis) Plin. libro 18. cap. 10. Pollinem appellant in tritica, quod florem in Siligine.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. V. Scena III. Parata, &c.

Hæc

HAec Scena continet expostulationem Demeæ cum fratre, quod corrumpat etiam Ctesiphonem, sed tamen comitate Mitionis tandem placatur, & ad mitiorem uiuendi rationem reuocatur. ἄλλως. Epitasis negocij Ctesiphonis, in qua primum expostulat Demea cum Mitione. Deinde Mitio bonestas causas suæ lenitatis recenset, ne temere indulgens uideatur. Parata) Scilicet, Quæ requiruntur ad nuptias. Sunt) Scilicet, Omnia. Sunt uerba discedentis. Ita vt) Scilicet, Quemadmodum. Vbi vis) ſ. Fient nuptiæ, aut adducatur sponsa. Quis) Tumultuosa est eruptio exædibus Demeæ. A me) Pro, Meas fores, Græcismus est, sicut dici solet, Litteras accepi à te .i. tuas. Pepulit) .i. Pulsauit, &wer schleget so hart an die thür an meinem Hause, quasi dicat, Non est homo ignotus. A me) id est, egrediens à meis ædibus. Hei mihi) Exclamatio ualde Pathetica. Hei mihi) Ingemiscentis & dolentis. Faciam) ſ. Quia & Ctesipho iam est perditus. Querar) quasi dicat, impossibile est, ut satis querar, uel, quomodo exordiar meam querelam. O cœlum) Tragicæ exclamationes, & crebræ interrogationes, quibus reddit Poeta id quod solet, concitatos irati senis affectus. Cœlum) Apostrophe indignantis. Maria) Scilicet, Propterea quod tam indigna fiant. Neptuni) ſ. Quibus præest Neptunus. Inuocationes sunt elementorum. Hem) quasi dicat. Iterum erunt nouæ turbæ. Tibi) Hic datiuus additus est ex quadam loquendi consuetudine. Omnē rem) Scilicet, De peccato Ctesiphonis, quod habeat amicam

am Psaltriam. Admirantis uox est. Id) Scilicet, Propterea. Hei mihi) Vehemens & pene Tragica exclamatio Demæ, cuiusmodi tamen nonnunquam etiam Comici Poetæ utuntur, ut Horatius de Arte Poetica inquit, Interdum tamen & uocem Comœdia tollit, Iratusq; Chremes tumido delitigat ore. Clamat) Id est, indignatur. Scilicet) Freylich schreyt er auch darumb. Paratæ lites) Scilicet, Sunt mihi, uel, Contendet mecum, Es ist ubermahl haddr oder lermen im Lande verhanden. Succurrendum est) Scilicet, in tempore, ut possim placare fratrem, uel, Ne sint perpetuæ, uel, Ne nimis late uagentur. Quod succurrere uult Ctesiphoni, humanitatis est, non dissolutæ ac malæ indulgentiæ. Neq; enim peccatum eius defendit, sed ade est tanquam precator in delicto, quod per stultitiam ætatis suæ & fratris admisit. Censet enim & hunc commoditate potius, quam asperitate corrigendum, & in uiam reuocandum esse.

Eccum) Pro, Ecce eum. Subito incipit accusare Mitionem. Adest) Scilicet, Mitio. Nostrum) Pro, Nostrorum. Communis) Quia tam suum, quam meum filium corrupit sua indulgentia. Hæc sententia potest dici de malo sodalitio. Reprime) Sey doch nicht so zornig. Placantis uox est. Supra in Andr. Ne sæui tantopere. Hæc Scena est generis Iudicialis. Habet enim expostulationem. Redi ad te) Scilicet, Noli ita uociferari, uel, collige te. Repressi) Scilicet, Iracundiam, Ich habe dem zorn gestewret. Ich habe mich des zorns gemessiget. Re-

di)

dij) Scilicet, Ad me. Ich habe mich wider beſunnen. Mitto) id eſt, Omitto, quaſi dicat. Nolo tibi maledicere. Corruptela) Supra dixit in Eunuch. Sed ipſa egreditur noſtri fundi calamitas. Et ſupra, Sum communis pernicies adoleſcentum. Putemus) id eſt, Aeſtimemus, tractemus, conſideremus, cogitemus. Metaphora ſumpta eſt ab arboribus. Inde dicuntur putatores, qui arbores purgant, Die die Beume ſchneiteln. De hac dictione uide Gellium lib. 6. cap. 5. Sic Virg. eclog. 2. Semiputata tibi frondoſa uitis in ulmo eſt. Hinc metaphorice ad res dubias & incertas diſceptandas & diſcernendas transfertur, ut ſit, putare rem, omiſſis mutilibus, te quæ nihil ad rem faciunt, in ipſam arcem cauſſæ inuadere. Hunc & diſputatio dicta eſt, quaſi rei dubiæ & ambiguæ in uarias partes diſceptatio ad ueritatem eruendam. Hinc eſt adiectiuum, Putus, a, um, quaſi purus & probe purgatus, inde dicitur, putum argentum, Rein vnd lauter ſilber, q. d. hoc loco, wir wollen zu den ſachen ſelbs greiffen.

Dictum) Narratio, quæ continet argumentum, quod uere ſit corruptelæ, eſtq; propoſitio expoſtulationis. Dictum) Scilicet, Decretum fuit inter nos, uel, nos ita conuenimus, Wir ſind der ſachen alſo eins worden. Ex te) Id eſt, Tu fuiſti author ſententiæ. Mecum) Scilicet, Cteſiphonem. Tuum) ſ. Aeſchinum Curarem. Reſponde) Eſt formula fiduciæ, q. d. Dic, an non ſit factum, iſt dem nicht alſo. Factum) Scilicet, Quod dicis. Eſt confitentis. Nego) Scilicet, Ita eſſe factum. Cur) Enumeratio criminum.

minum. Potat) ſ. Si non curas meum. Meum) ſ. Tanquam tuum filium. Apud te) ſ. In tuis ædibus. Recipis) ſ. Qui ad te nihil attinet. Amicam) ſ. Pſaltriam. Emis) ſ. Qui non eſt filius tuus. Nunquid) ſ. Quare non licet mihi eodem iure uti, quo tu uteris, cum cauſſa ſit æqualis, Iſt es nicht billich/das ich eben das recht bey dir habe / das du bey mir haſt. Tu habes ius in meum filium, æquum eſt, me habere tantum iuris in tuum filium. Mecum eſt) q. d. Cur non hoc feciſti, quod eras pollicitus. Quando) Expoſitio. Tuum) ſ. Aeſchinum. Meum) Scilicet, Cteſiphonem. Non æquum) ſ. Quòd ideò me tantopere accuſas. Humaniſſime reſpondet. Dicis) Scilicet, Quia ſic iudicas. Non) i. nequaquam, Præcipuus locus eſt in hac Scena confutatio eorum, quæ obiecta ſunt ei, Scilicet, de filio, quem corrumpi ſinat.

Nam) Dilutio criminis ab authoritate ſeu uetuſto dicto, eſtq; γνώμη ab honeſto. Verbum) Id eſt, Prouerbium, adagium. Communia) Quod attinet ad beneficia & neceſſitatem, q. d. Alij debent affici aliorum malo. Quia non nobis ſoli nati ſumus, ſed patria partem ſibi uendicat. Sunt, qui ſcribunt Pythagoram huius prouerbij authorem eſſe, qui Romuli & Numæ Pompilij temporibus uixiſſe à nonnullis traditur. Inſtituit autem Pythagoras huiuſmodi omnium rerum communionem inter diſcipulos ſuos, ut quiſq; omnia, quæ haberet, in commune conferret. Huius deinde ſententia ſecutus Plato in libris de Repub. diſputat in bene conſtituta Repub. omnia

debe-

debere esse communia, Quod tamen in hac corrupta rerum natura, ubi sunt tot homines ociosi & ignaui, Item petulantes, improbi & lux perditi, absurdum & iniquum esset instituere, Itaque sic intelligendum est hoc dictum, Amicorum omnia debere esse communia, non quod ad possessionem, sed quod ad usum attinet, & significat amicos in periculis ab amicis omnibus facultatibus & uiribus iuuari debere. Aristoteles 2. Politicorum hoc dictum interpretatur. Nam Platonica illa & Anabaptistica omnium rerum communio, futura esset totius humani generis societatis & ciuilis uitæ dissipatio. Cicero, 1. Offi. sic interpretatus est omnia, scilicet, quæ sine detrimento alijs concedi possunt.

Facete) Irrisio amarulenta, Du hasts troffen. Oratio) Scilicet, Præmeditatus accepisti. Istæc) Scilicet, Tam egregia. Oratio) Scilicet, Prouerbium. Significat autem minime hoc conuenire. Nata) Id est, Inuenta, excogitata. Auscultа) Purgatio obiecti criminis à tuto, quod nihil decessurum sit filijs, etiamsi Mitionis facultates consumant, cum restet integrum patris Demeæ patrimonium. ἄπλωϛ. Consultatio, in qua Consilij sui rationem reddit Mitio etiam atque etiam operam dans, si quo modo iracundum fratrem placare & reconciliare adolescentibus possit. Diuiditur autem in duas partes tota persuasio. Prior est, nihil passurum Demeam damni, quantum ad rem attineat. Posterior nihil etiam fere periculi de fama, aut bona existimatione nominis. In summa, in priore

parte

parte ad utilitatem, in posteriore ad honestatem respondet. Auscultra) Argumentum est ab æquo per occupationem, & primum disputat de sumptibus Ctesiphonis, quasi dicat, Ego submin istro sumptus de meo. Molestum est) Kanstu es zukommen. Si te mordet) Id est, Si dolet tibi, Si te male habet, Si te offendit, &wenn es dich nicht verdreust. Supra in Eunuch. Act. 3. Scen. 1. Par pari referto, quod eam mordeat. Mordet) Ist dir zu wider, Es thut dir wehe. Sumptum) Est Antiptosis, pro, sumptus. Casus, pro casu. Das sie allwege gelt in den henden haben. Quæso) Obiurgantis est. Facere sumptum, Vnkost führen. Cogites) Sihe doch, das du selbst bey dir bedenckest.

Tu illos) Pulcherrima disputatio est. Tollebas) Id est, Educabas. Duos) Id est, Filios tuos. Pro re tua) .i. Pro tuis facultatibus, &weil du es vermöchtest, Pro modo patrimonij tui. Nach deinem vermögen. Ambobus) Id est, Aeschino & Ctesiphoni sufficere. Bona) .i. Facultates. Fore) s. Dedisti illis tantum necessaria. Tum) .i. Cum essent tui liberi, Das sie beyde würden an deinen gütern gnugsam haben. Obtine) Id est, Mane in eadem sententia. Olim) Etwan, Vel, vorzeiten. Scilicet) Hoc loco subseruit Ironiæ. Obtine) Bleibe auff deiner vorigen meinung. Conserua) Id est, Omnia tua, Halte es zu rath dein gut. Quare) .i. Collige, uel, Adde aliquid tuis bonis, Bringe güter zu wege. Parce) s. Sumptibus, Treibe nicht unnötige unkosten. Plurimum) s.

Magnum

Magnum patrimonium. Relinquas) *ſ. Poſt tuam mortem diues matrimonium.* Gloriam) *ſ.* Quod *magnum patrimonium reliquiſti filijs.* Vtantur) *ſcilicet, Tui liberi.* Mea) *ſ.* Bona, Archaiſmus, Pro *meis bonis.* Præter ſpem) Quia *utuntur iam meis bonis, cum uxorem non duxerim.* Spem) *Scilicet,* Quod *uixerim cœlebs, nec habeam liberos.* Decedet) *ſcilicet hoc modo, cum ego ſuppedito ſumptus.* Summa) *ſcilicet, Tuarum facultatum, uel,* De *patrimonio tuo,* Es wird dir doch an dem heuptgute nichts abgehen. Hinc) *ſ.* Ex *meis bonis.* Acceſſerit) Ihm zugehen wird, *Liberis tuis.* De lucro putabo) *.i.* Habeto *pro lucro,* Quia *tu nihil dare cogeris.* De lucro) Quaſi *accerſorium, fortuitum.* Das rechne für einen gewin. Omnia) *Concluſio huius loci.* Hæc) *ſ. Iam dicta de te, & de meo officio.* Cogitare) *Recte expendere, conſiderare,* Zu gemüth führen. Illis) *ſ. Tuis filijs.* Dempſeris) Pro, *Demes,* per Enallagen. Mihi) Quia *non audiam illas querelas.* Tibi) Quia *excrutias te illis cogitationibus.* Illis) *id eſt, Adoleſcentibus, q. d. Si hæc tecum expenderis, non neceſſe erit, te propter ſumptus, quos faciunt, toties iurgari, quod & mihi & tibi & illis moleſtum eſt.*

Mitto) *Tranſitio,* Ich wil geſchweigen. Rem) *id eſt, Sumptus, pecuniam, quaſi dicat, Non tam me mouent ſumptus, quos faciunt, quàm quod alter alterius conſuetudine corrumpitur & deprauatur.* Conſuetudinem) *ſ. Malam, mores.* Ipſorum) *id eſt,*

ſ Accuſa-

Accuſo, ægre fero, deploro, quod ita corrumpantur & fiant deterrimi. Plato adoleſcentem, quod luſiſſet aleam, grauiter increpauit, qui cum dixiſſet, Cur me ob rem paruam tam grauiter accuſas, Ad paruum non eſt, inquit, aſueſcere tale aliquid, & hic Demea ſubindicat, cum inquit, Mitto rem. ſ. Nihil dico de pecunia. Conſuetudinem ipſorum) ſ. Deploro, Ihre geſelſchafft verderbet ſie. Mane) ſ. Non tu aſcaris. Scio) ſ. Conſuetudinem ipſorum. Eſt eruditiſſimus locus de diuerſitate & diſſimilitudine ingeniorum. Iſtuc ibam) .i. Iam uolebam ad eam rem reſpondere, uel, De eo iam eram dicturus, Da wolt ich auch von ſagen. Hoc etiam uolebam dicere. Scio) ſ. Ita eſſe. Altera pars confutationis, & uel ab utilitate ad honeſtatem tranſit, uel à rebus, ad illos ipſos, de quibus agitur. Cauetur enim, ne ad rem perdant, aut ipſi pereant. Eſt igitur ſumma totius huius loci, ſi peccarunt Demea', id non ingenij, ſed ætatis potius uitium eſt, ſunt adoleſcentes adhuc, condonandum eſt illi ætati nonnihil, quod tamen ſenibus recte permiſeris, aut tum facile condonaueris. Ergo ſpes eſt fore, ut facile corrigantur. Vtitur autem collatione & argumentis à circumſtantia ætatis, & loco ſignorum ductis. Iſtuc ibam) id eſt, Dicturus quoque fui de moribus & conſuetudine.

Multa) A loco communi de diuerſitate ingeniorum colligit, honeſtis & liberalibus ac moderatis ingenijs nonnihil præter morem concedendum eſſe, nec eadem ſeueritate tractandos eſſe bonos & ma-

los.

los. ἄλλως. Confutatio ab ingeniorum diuersitate, qua probat alia alijs licere, Estq; argumentum à uerisimili. Signa) i. Indicia, Anzeigung. Coniectura fit) Id est, Ex quibus facile licet capere coniecturam, Dabey man abnimpt. Scilicet, an sit futurus uel malus uel bonus. Coniectura) scilicet, Naturarum, uel ingeniorum. Duo) Dicit ingenia esse diuersissima. q. d. Magna est in hominibus diuersitas ingeniorum, quæ facit, ut non omnibus eadem sint permittenda. Faciunt) Id est, Designant. Idem) id est, Opus. Dicere) s. Quod ipse fateri cogaris. Sæpe) Pertinet ad uerbum, faciunt. Dicere) id est, Intelligere. Est formula communicationis. Huic) id est, Alteri. Dem einen gehet es wol hin. Non licet) id est, Alter uituperatur. Impune) Schadet ihm gar nicht. Huic) s. Qui est præditus optimo ingenio. Illi) s. Qui est malo ingenio. Non) s. Hoc fit. s. quod alteri licet. Dissimilis) s. Dissimile peccatum. Is) scilicet, Est dissimilis, Est dissimili ingenio, quasi dicat. Sunt diuersæ naturæ.

Quæ ego) Accommodatio loci communis ad præsens negocium uideo nostros filios esse sano ac moderato ingenio, Die sich lencken lassen. Ideo nonnihil eis indulgendum est. Quæ) scilicet, Signa. Fore) s. Tales honestos. Ita vt) i. Quemadmodum. Volumus) s. Quales eos optamus. In illis) s. Aeschino & Ctesiphone. Video) Addit enumerationem signorum. Sapere) s. Pro ætate, esse in disciplina, non esse planè rudes, Das sie sich etwas verstehen. Intel-

ligere) ſ. Admoniti, quid deceat, quid non. Eos) ſ. Filios. In loco) ſ. Quando eſt commodum. Veteri) ſ. Cum res poſtulat. In loco) Mit zucht vnd erbarkeit, Das ſie wiſſen ſich zu ſchewen. Interſe amare) ſcilicet, Quod mutuo ſe complectantur. Scire) Man kan ſpüren, Intelligere. Applicatio, poteſt quis cognoſcere ex illis ſignis. Eſt) ſcilicet, Licet. Liberum) id eſt, Honeſtum, non deſperatum, bonum. Amare) Quod eſt admodum rarum, Iuxta Prouerbium, Rara concordia inter fratres. Ingenium) ſ. In illis, Gute art. Animum) Dem erbar gemüth. Quo vis) Occupatiuncula. Reducas) ſ. Poſſis reducere. Modus eſt potentialis, Du kõndeſt ſie wider zu recht bringen, Reuocare & corrigere poſſis ad frugem. Vis) quaſi dicat, Opus eſt quadam admonitione, tunc hæc omnia efficias. Scire eſt) i. Hinc poteſt cognoſci ingenuus animus. At enim) Occupatio, qua occurrit argumento, quod obijcere Demea poterat, nempe, interim perire rem familiarem, dum eis conuiuia & amores concedantur, Wenn einer ſelbſt einem ein argument zuuor ſaget / welches ehender ander ſagen wolt. ἄλλως. Redit ad ſuperius argumentum de rei familiaris damno, & excuſat filios ab ætate. Metuas) ſ. Poſſis metuere. Abre) ſ. Familiari. Omiſsiores) Id eſt, Ne ſint nimis negligentes in conſeruandis facultatibus, Im haußhalten, id eſt, Non curare de craſtino. Quia potant, & agitant conuiuia.

O noſter)

O noster) Obiurgatio *a diuersus fratrem, estq; elegans sententia, qua auaritiam senum carpit. Solent enim senes esse auari, de qua re uide Ciceronem in libello de senectute.* Alia) Id est, Senili. Ad omnia alia) q. d. *Multa sumus experti, ualemus consilijs, præstamus prudentia.* Aetate) *s.* Propter ætatem. Durch das alter. *Quia condimentum sapientiæ est ætas.* Rectius) Id est, Melius. Hominibus) *s.* Senio confectis. *Respondet ab ætatum uitijs & naturis.* Attentiores) *s. Sumus nimis curiosi à pecunia.* Est Periphrasis auaritiæ. Omnes) Id est, Nos senes communiter. Ad rem) id est, Ad diuitias comparandas. Sat est) id est, Quam æquum est. Quod) *s.* Vt sint attentiores ad rem. Acuet) *scilicet*, Hoc docebit. Aetas) *scilicet*, Senilis. Ne nimium) *Nihil mouetur istis rationibus, sed pergit accusare fratrem.* Næ) *i.* Profecto. Bonæ rationes) *i.* Argumenta, quæ adduxisti pro excusatione, Deine gute anschlege, Est Ironia. Animus æquus) Dein grosser gelimpff, id est, Placidus, Dieses deine gelindigkeit. Est Antiphrasis. Subuortant) id est, Perdant penitus, q. d. *Cum nimium illis suggerimus, uereor ego, ne magna licentia corrumpantur adolescentes.*

Tace) Est consolantis, q. d. *Sis bono animo,* Sey zu frieden/es hat keine noth. Fiet) *s. Tale quid dam, quod tu quæris.* Mitte) *s. Istas disputationes, aut, noli mecum disputare, uel, habeas tamen modum istarum contentionum.* Tace) Consolatio, *Meus animus non subuertet tua negotia.* Date mi-

hi).i.Fac quod uolo & cupio,obsequere mihi. Folge mir heute. Humanissima est oratio & uere fraterna. Exporrige frontem) id est, hilaris esto, nec contrahas frontem, Sey guter dinge. Exponit quomodo debeat sese dare fratri. Vide Eras. in Adag. Scilicet) Ironia & concessio. Ita fert tempus) Es ist die zeit darnach. Faciundum) Quia hoc tanto opere urges. Cæterum) Iam statim subijcit, quod hoc non possit esse perpetuum, reditq; totus Demea ad suam naturam, q. d. Illa conditione faciam. Huic) s. Ex tuis ædibus. Cum prima luce) id est, Quam primum illuxerit, Als bald es tag wird / oder der morgen anbricht. Cæterum) q. d. Etiamsi debeam exporrigere frontem. Luce) id est, Summo mane. Filio) scilicet, Ctesiphone. Rus) Quia putat laborem esse maximum remedium amoris. Imò de nocte) scilicet, Te debere ire cum filio. Ironia. Censeo) scilicet, Esse eundum. Hilarum) Pro, Hilarem. Archaismus est. Psaltriam) Hoc dicit magna iracundia. Modo) id est, Tantum. Hodie) id est, In nuptijs fili. Istam) Est bona cogitatio, & quasi imago quædam summæ sapientiæ humanæ. Illuc) s. Rus. Vnà) s. Cum filio. Abstraham) id est, Abducam in uitam & nolentem, Non dicit, ducam. Vt appareat, quam difficile sit naturam mutare, siue exuere natiuos mores, fingitur Demea ad ingenium redire.

Pugnaueris) id est, Magnam rem egeris. Du wirst was außrichten, q. d. Erit tibi pugnandum, antequam rem confeceris. Eo pacto) s. Si abstraxeris

xeris Psaltriam. Illic) ſ. Ruri. Feſtiuus & urbaniſſimus locus. Alligaris) i. Vtiliter collocaueris operam. Iocatur Mitio, ſed Demea ruſticus non intelligit. Seruus) ſ. Ne in urbem reuertatur, Das du ſie drauſſen behelſt. Tum etiam filium retinebis ruri. Illam) ſ. Psaltriam. Videro) id eſt, Curabo, ne poſſit effugere. Nimia ſapientia, q. d. Bene prouidebo, ne diſcedat. Hic locus eſt imago multorum negociorum in mundo. Atque illi) Addit modum tractandi Psaltriam. Istuc) ſ. ut ſeruem illam. Atque illi) Alij legunt, illa, Alij, illic, ſcilicet, Ruri. Faxo) id eſt, Faciam. Sit) ſ. Psaltria. Coquendo) Quia debet perpetuo eſſe in culina. Fauille) ſ. Scintille, extinctæ & deſertæ ab igne, Kleine funcklein oder Aſchen. Pollinis) Staubmehls, id eſt, Farinæ minutæ. Fumi) Mit rauch. Molendo) id eſt, Perpetuo laborando debet totam uitã tranſigere. Præter hæc) ſ. Quod debet coquere, Darzu auch. Meridie) ſ. Vbi ardor Solis eſt maximus, cum nemo adeſt hominum. Faciam) id eſt, Curabo. Stipulas) ſ. Quod nemo facit libenter. Excoctam) Significat quod antea ſit ſucci plena. Sed ego, inquit, tam excoctam reddam eam, ut filius nullo eius deſiderio teneatur. Excoctam) i. Exuſtam calore. So ſchwartz machen. Atram) i. Deformem.

Placet) q. d. Illa tua ratio bona eſt. Ludendo autem hoc dicit. Nunc) Ironia. Irridetur autem iterum Demea, ut Mitionis feſtiuitas magis appareat. Placet) Es iſt eine gute meinung. Sapere ſ.

illa est magna sapientia. Tum) scilicet, Cum ita de tram reddidero Psaltriam. Cogas) scilicet, Hoc modo. Cuber) id est, Nihil facies, filius tamen amabis. Elegantissimus iocus, & est usus honestatis vocabulis, Cuber) Ridentis est. Derides) Deinde intelligit suum fratrem esse planè beatum in comparatione. Fortunatus) Est moralis reprehensio, Laß dir es zu gut kommen/das du frölich bist. Animo) id est, Aequo in ferendis malis. Istoc) id est, tam humano. Sies) Pro, Sis. Fortunatus) Du hast gute sache/die weil du also gesinnet bist. Sentio) Illa mala in nostra familia, uel, Istas ærumnas omnes, q. d. Nihil tibi hæc sunt curæ, nec afficeris nostris malis, ego solus sentio nostra mala. Sentio) Ich fühle es wol. Pergis ne) scilicet, Mecum litigare. Desino) scilicet, Irasci. Quia iam tempus est. Multæ sunt insignes hic Metaphoræ. Hunc) s. Totum diem. Hilarem) Repetitio superiorum. Sumamus) s. Impendamus, Zubringen/darzu er verordnet ist. Eiusdem) s. Conuiuio & lætitiæ. Pleonasmus est. Wir wollen diesen tag mit frölichkeit zubringen.

ARGVMENTVM M. AMBROSII IN ACT. V. SCEN. IIII. Nunquam ita, &c.

Tandem

ACT. V. SCEN. IIII.

TAndem intelligit Demea se nihil aliud efficere apud filios, quod sit perpetuo durus ac difficilis pater, nisi quod abalienet à se illorum uoluntates, & inprimis admiratur non sine maximo dolore, quod frater sua lenitate ita teneat filiorum uoluntates, ut quocunque uelit, flectere possit. Serio itaque de hoc negocio in utranque partem secum disputans, certo constituit sibi omnino esse dandam operam, ut posthac utatur summa facilitate erga fratrem, filios & seruos. Sed hæc cogitatio ualdè exercet senem, qui cum non possit in totum damnare uitam suam tristiorem, quam egit hactenus, tamen reipsa experitur fratris uitam omnino dissimilem, minus habere molestiarum, & inprimis expeti ac laudari. Proinde hic pingitur Demea, quod aliquantulum mutatus sit. Sed quia impossibile est naturam expellere, subinde recurrunt mores antiqui, & in omnibus Demea manet Demea. Ita in hac Scena, quod initio dictum est de æquitate, iterum repetitur, propterea quod illa uirtute longe pulcherrima in omni genere uitæ opus sit. Porrò obseruanda est insignis sententia, quæ admonet per omnem uitam multa discenda esse, & neminem sic esse prudentem, qui non sæpissime moneatur uitæ quotidianæ usu & experientia.

ALIVD EIVSDEM.

HActenus in omnibus Demea fuit durissimus pater, & multa disputauit de summo iure. Is

quia intelligit, se hac ratione nihil aliud quærere, nisi summum odium. Tandem ex magna impacientia, & extrema quasi desperatione secum deliberat, ut cum sit natu maximus, ipse quoque dando & obsequendo à suis ametur.

ALIVD EIVSDEM.

COgitans apud se Demea, quod frustra omnia tentaret sua iracundia, item, quod nihil aliud, nisi odium inde auferret, consilium capit de mutanda sententia. Quare admodum studet huic rei uni, ut ex tristi ac duro patre fiat pater humanissimus. Verum hoc ita procedit, ut subinde recurrat natura, & ubique Demeam agnoscit. Facit autem hæc omnia repugnante natura, primum in odium patris, deinde quia existimat filios ita corruptos esse nimia indulgentia, ut nulla spes reliqua iam siet reducendi eos in uiam.

ALIVD ἔκδηλον.

HAEc Scena inter reliquas huius Comœdiæ ut insignis gemma eminet. Continet enim non tantum præcepta uitæ utilia, sed etiam exemplum est orationis ornatæ insignibus uerborum & sententiarum luminibus, Quare precium operæ faciunt pueri, qui non obiter eam, sed diligentius cognoscere, & cognitam memoriæ mandare studeant. Est autem ora-

tionis

gumentum hoc. Demea cum uideat uulgo non probari seueritatem disciplinæ nimiam, motus exemplis mutat uitæ suæ institutum, & ex agresti benignus fieri conatur. Quam rationem quod non prius usurpasset in regendis liberis contemptum sibi peperisse exponit facta collatione fratris & sui, ac conditionis uitæ utriusque, ubi obseruanda simul est uitæ urbanæ ac rusticæ descriptio.

ALIVD ἄδηλον.

Dictum est ab initio huius fabulæ, Poetam hic commendare nobis studium æquitatis, clementiæ & humanitatis, uidelicet hoc loco maxime significat, cum & Demeam mutatum esse fingit, cum ad sententiam Mitionis tanquam meliorem adducit. Nam non tantum, quia uarietas in fabulis delectet, Demeam mutari fingit, sed etiam, qui monere uult æquitatem in omnia uita & utilem & maxime necessariam esse uirtutem. Est enim in multis rebus non stricto iure, sed æquitate potius & clementia & placabilitate utendum, ad quædam uitia, quæ tolli ac corrigi non possunt, dissimulandum est, multæq; offensiones non seuitia, sed commoditate potius nostra sanari debent. Huc pertinet, quod scribit Cicero lib. 1. Offic. Nihil, inquit, laudabilius, nihil magno ac præclaro uiro dignius, placabilitate & clementia.

ANNO-

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE M. Ioni in Act. V. Scen. IIII.

Nunquam, &c.

BEne subducta ratione) *id est*, Nemo fuit tam prudens suarum rerum, Es hat nie keiner sein leben so wol angestellet. *Supra in* Heaut. *Act. 5. Scena 5.*

Quin res, ætas, vsus, &c.) Pompeius Iurisconsultus, *in ff. de fide commissarijs liberalitatibus. C. apud* Iulianum, Ego discendi cupiditate, quam solam uiuendi rationem optimam in XVIII. annum ætatis duxi memor eius sententiæ sum, quam dixisse fertur Iulianus, Etsi alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc addiscere quidem uellem. Cicero de Senect. Solonem in uersibus gloriantem uidimus, qui se quotidie aliquid senem addiscere dicit. Græcus Senarius sic habet, γηράσκω δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Adportet noui) Reuoca rem ad omnia hominum genera, & apparebit, quàm prudenter omnia sint dicta. In Repub. maximè uera sunt omnia. Leges inductæ, abrogatæ, aut correctæ testantur.

In experiundo reperies) Experiri, Erfahren, eines dinges innen werden, ob es sey oder nicht sey, sich eines dinges vnterstehen. Sic est apud Virg. Eclog. 3. Experiamur, quid possit uterque. Sic est hic, in experiundo repudies. Infra, Age, age experia-

periamur. Repudiare significat proprie, uxorem dimittere, Ein Weib von sich theilen. In de libellus repudij, Ein Scheidebrieff. Infra in Phorm. Illis repudium renunciet. Repudiare per Metaphoram, ut repudiare consilium, significat mutare. Vt in Andria, Repudio consilium, sicut & hic in Adelph. In experiundo repudies.

Excurso spacio) Metaphora tracta est ab illis, qui cursu certant, & propositam metam assequuntur. Subinfra, Exacta ætate. Vtrunque extat apud Ciceronem, ut pro P. Quint. Probè tam exacta ætate, decursaq;. Et de Senect. Nec uero uelim quasi decurso spacio à calce ad carceres reuocari. Hinc eleganter per eandem Metaphoram lib. 3. Epist. 2. Sic dixit, Facilior mihi erit, quasi decursus mei temporis.

Arrides omnibus) Hoc est, Attemperat se ad mores aliorum, uel, est homo omnium horarum, habet honestam significationem. Quia describit & clementiam Mitionis. Contra uerò in Gnathonibus inhonestum est. Supra in Eunuch. His ultro arrideo, &c.

Facerem) Supra, Nunquam rem facies, ab nescis inescare homines.

Patria potitur commoda) Hoc est, Quibus patres potiri solent. Supra in Prologo Adelph. Ille ut idem contra me habeat facio.

Expectant) Supra, Te expectatum eiecisset foras.

Hic fecit suos) *id est*, Conciliauit sibi. *Infra in hac fabula, Plebem primulum facio meam, hoc est*, Concilio mihi, Deuincio mihi plebem.

Non posterioris fetam) *id est*, Non concedam fratri, Ich wil wol so viel vergeben / als mein bruder / er sol mirs nicht zuuor thun.

Si id fit dando) *Quia nihil faciunt moderate Demeæ, sed perpetuo excedunt modum, Ideò hic etiam benignitatem interpretatur perpetuam, & sine modo largitionem, & clementiam interpretatur perpetuam licentiam, seu obsequentiam, qua corrumpuntur liberi. Sapientißime supra in Heaut.* dicitur, Nimium uehemens es in utranque partem. Recte inquit Cicero, *est utriusque rei modus, cum de facilitate & seueritate eorum, qui præsunt, disputat.* Horatius, Dum uitant stulti uitia, &c. *In uitium ducit culpæ fuga, sin caret arte. Virgilius utrunque complexus est*, Parcere subiectis & debellare superbos. *Est enim adhibenda interdum seueritas pro re, inquit Cicero. Hæc omnia non intelligit Demea, ideò non potest seruare modum.*

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. V. Scena IIII. Nunquam ita, &c.

Demea secum deliberat de mutandis moribus suis, ac statuit clementem ac placidam uitam assume-

assumere. Exordium ductum est à communi sententia, quod dies diem docèat, ætas atque usus in rebus omnibus ualeant. Exordium sequitur narratio, in qua uitam suam duram, & agrestem comparat cum fratris uita clementi ac placida, & recenset commoda, quæ ex utriusque uita euenerunt, atque illa inter se confert per Antithesin. Postremo exponit consilium suum de mutando uitæ statu, & nouo uitæ genere assumendo. ἄλλως. Varietas delectat in fabula, Ideò & Demea fingitur iam mutatus, sed ita, ut sæpe natura recurrat. ἄλλως. Vt appareat placari Demeam, res in personas spargitur, adeoq; ipse producitur solus in Scenam. Exordium tractum est à γνώμη. Sequitur deinde narratio ἄλλως. Demea, quia uidet se propter morum asperitatem omnibus inuisum esse, aliam uitæ rationem instituit. Verum quia illam repugnante natura cœpit, res ex sententia illi non succedit. Orditur autem à generali sententia, Nemo unquam fuit tam sapiens, quin ætate & tempore simul accreuerit & accesserit, Es ist nirgend kein Bischoff / der vorhin nicht were ein Schüler gewesen. Vox Demearum in Repub. est, Die alten sind auch nicht narren gewesen.

Nunquam) Orditur suam orationem à generali sententia, Nunquam ita quisquam tam prudenter uitam suam instituit, Es ist nie kein mensch gewesen / der sein leben also wol hette angestellet. Subducere rationem, Eine rechnung bey sich vberschlagen. Vitam) id est, Instituendam. Hæc sententia

docet

docet, quod sapientia constet usu uitæ, & experientia multarum rerum, unde dicitur, Discipulus est prioris posterior dies. Item, Dies diem docet. Subducta) id est, Computa animo, quasi dicat. Nemo unquam tam sapienter cogitauit de omnibus negotijs, nemo fuit tam prudens suarum rerum. Alludit autem ista Metaphora ad diligentißimas cogitationes. Bene) id est, Diligenter. Res) id est, Experientia. Aetas) i est, Tempus. Vsus) id est, Exercitatio, consuetudo, Quia his constet propriè Philosophia, Hoc uero est oraculum Solonis, Senesco, disco. Noui) s. Quod nunquam cogitasses. Moneat) id est, In illa subducta ratione, eum, qui est diligens. Nescias) s. Experiundo, q. d. Tam diu est discendum, quam diu nescias, h. e. Quam diu uiuas. Prima) .i. Præcipua, optima, Huc pertinet, Dies diem docet, q. d. Posteriores cogitationes semper sunt sapientiores. Curæ subsequentes semper sunt meliores. Repudies) scilicet, Illa non placeant, reijcias. In experiundo) id est, Cum addis manum, Ewenn du es angreiffest. Sententia est totius huius loci, Nemo unquam tam exacte & prudenter uitam suam instituit, quin usu, hoc est, Qui non usu & experientia factus prudentior, nonnihil suum uitæ institutum immutet & corrigat.

Quod) Applicat nunc thesin ad hypothesin. h. e. Ad suam personam. Mihi) s. Qui sum admodum senex, uel, Qui bene subduxeram rationem ad uitam. Num) Quid mutetur in illa sua uita, exponit & amplificat à suo exemplo. Mitto) id est, Muto.

Durant

Duram) Id est, Laboriosam, Mein sawer leben. Vsque huc) Id est, In hunc præsentem diem. Prope) Vt Antithesis duo membra habet, ita etiam hic duas facit propositiones. Estq; altera propositio probatio primæ. Excurso spacio) In meinen alten tagen, Scilicet, Ferè confecto curriculo uitæ meæ, in extrema ferè senecta. Metaphora sumpta est à cursoribus. Vixi Vitam) Est Græcismus. Quamobrem) Scilicet, Faciam, si quis me interroget. Repperi) Id est, Expertus sum. Re ipsa) .i. Experiundo, Ich habe es befunden, oder, ich bin es innen worden. Repperi) ſ. Respondebo. Excurso spacio) Nach dem ich meinen Lauff schier vollendet habe. Fecilitate) .i. Comitate & benignitate. Freundligkeit, Sanfftmüttigkeit. Clementia) Vnd lindigkeit. Ouid. 2. de arte amandi.

Dextera præcipuè capit indulgentia mentes.
Asperitas odium, seuaq; bella mouet.
Facilis homo dicitur, qui placatur facile.

Melius) ſ. In omnibus negotijs. Clementia) Clemens dicitur qui non irascitur.

Id) Scilicet, De facilitate & clementia. Querela, in qua confert suam duram uitam cum uita fratris. Verum) Palàm fit, & ipse Demea tristis ac durus pater fatetur uerum esse, quod Mitio supra sensit, pudore & liberalitate satius esse, &c. Et non habere patres necesse omnia pro suo iure agere. Namhuc id Pacta in hac tota fabula. Ex me) Id est, Ex meo & fratris exemplo. Ille) Addit collationem diuersi ge-

neris. Ille) Id est, Mitio frater meus. ἀντίστοιχος est hac tota Scena, sicut prima huius Comœdiæ. Egit) Id est, Transegit, Hat zubracht. In otio) i. Absq; sollicitudine, q. d. Semper fuit animo læto & hilari, Er hat gelebet ohne sorge. In otio) In guten tagen. In conuiuijs) In der Collation bey ehrlicher gesellschafft. Clemens) Scilicet, Circa non delinquentes. Placidus) Scilicet, Circa delinquentes. Nulli lædere eos) Id est, Nullum præsentem aliquo indigno uerbo lædebat, Er schlug keinen auff das Maul. Nulli) Scilicet, Qui præsens fuit, q. d. Neminem offendit, Er that niemand kein leyd. Arridere omnibus) Er kundte mit iederman freundtlich reden. Omnia, quæ facta sunt, placuerunt ei, Vel, Accommodauit se omnibus, Mit iederman hat ers gehalten. Sibi uixit) Er hat gute tage gehabt. Suam rem egit sibi, id est, absq; molestia. Sumptum sibi fecit) Id est, De suis bonis uixit, Er zehret auff sein Gut, Diligenter curauit, ut abunde haberet, Nihil noui sibi deesse, Hat nichts lassen mangeln. Sibi) Id est, In suum commodum uel usum. Bene dicunt) s. Propter istam uitam, Iederman spricht ihm wol drumb. Approbant uel laudant. Amant) Sie sind ihm holdt.

Ego) In Demea depingitur uita rusticana. Ego) Id est, Demea. Agrestis) Id est, Minime urbanus, qui non sum ciuilis, Bewrisch. Sæuus) i. Immitis, In allem meinen thun. Sæuus) s. Factis. Tristis) s. Animo, Ich sehe sawer. Parcus) s. In œconomia, seu, in meis ædibus. Truculentus) s. Vultu, Habe

sawer

ſawer geſehen / Ich bin vnbarmhertzig / grawſam. Tenax) Filtzig / karg / zäch. Per omnia, q. d. Non libenter dedi pecuniam ad res neceſſarias. Duxi) Allegat maximam inſœlicitatem. Vidi) q. d. Omnia mala perpeſſus ſum. Ibi) Id eſt, In illo uitæ genere, moles moleſtiarum mihi eſt obiecta. Quam) Scilicet, Quantam. Nati) ſ. In matrimonio. Cura) Scilicet, Acceßis, uel, eſt, obiecta. Querela uſitata in mundo, was habe ich da für mühe vnd arbeit gehabt. Porro) ſ. Poſt illas omnes moleſtias. Dicit de officio patris, quod non eſt principale. Illis) Scilicet, Filijs. Studeo) Dicit de cogitatione, quam multi habent parentes. Studeo) ſ. Vt decet patrem. Facerem) Id eſt, Vt relinquerem illis poſt meam mortem magnas facultates, Vel, magnum patrimonium, ut redderem eos diuites, uel, ut comparcerem, ut colligerem. Contriui) .i. Conſumſi, exhauſi meas uires, Ich habe mich abgearbeitet. Quærendo) Scilicet, Laborando, q. d. Multis ſudoribus uix potui tandem aliquid parare, uel, Dum comparco opes.

Nunc) Accuſat filios propter ingratitudinem. Exacta) Id eſt, Decurſo ſpatio, in extrema ſenecta, Confectus iam ſenio, cum ſum iam decrepitus. Fero) Id eſt, Aufero, kriege ich den lohn. Labore) Scilicet, Maximo. Hoc fructui) Pro, Fructus, Eſtque Archaiſmus. Odium) Das ſie mir gram ſind. Ille) ſ. Frater meus. Potitur) ſ. Fruitur commodis patris. Fruſtra conari, & nihil niſi odium quærere, extrema eſt dementia. Patria) Halten jhnen für einen Va-

tet, hoc est. Amorem & iucunditatem. Est Archaismus, pro, patrijs commodis. Amant) Scilicet, ostendant se uere filios, Vel optant illum uiuere. Fugitant) Id est, Nolunt me agnoscere patrem. Abhis) Id est, Liberis. Credunt) Scilicet, tanquam intimo. Illi) S. Mitioni. Consilia) S. Secreta. Ambo) Scilicet, Aeschinus & Ctesipho. Desertus) S. A me, q. d. Neuter uult ad me uenire. Optant) Precantur illi longiorem uitam. Expectant) S. Indies. Scilicet) Hæc dicit cum quadam indignitate. Epiphonema. Hic) S. Mitio. Suos fecit) Id est, Vt habeant illam pro patre. Paulo sumtu) Scilicet, Quod aliquid suppediatauit ad sumptus, Mit wenig zehrung. Eductos) S. A paruulo. Capio) S. Exheberis. Miseriam) Alles herzenleid. Hic) S. Mitio. Ponitur) S. Propter sumptus. Gaudia) S. Patria, pro, gaudijs, Es erlebet alle frewde daran.

Age) Addit ex illa indignitate, quod sequi uelit aliam rationem uitæ. ἄλλως. Capit consilium nunc, & constituit, quod est impossibile. Age) Adhortantis seipsum Vult odisse disciplinam. Quia omnino desperat de institutionibus. Contra hæc) S. Quæ antea sum secutus. Dicere) Pro dicendo. Est Græcismus. Hæc) Contra illam uitam, quam uiuit. Possem) Scilicet, Efficere. Benigne) S. Vt sim munificus erga liberos. Sic Cicero pro Planco, & 2. Offic. usus est. Dicere) Mit freundlichen zusprechen. Provocat) Scilicet, Frater, weil es jhes gelten sol. Alij intelligunt, Prouocat. S. Res uel tempus, q. d. Quoniam

niam necessitas ita postulat. Ego) Scilicet, Qui sustinui tantos labores. Amari) s. Vt me diligant, & habeant pro patre. Postulo) Ich wil es auch haben. Magnipendi) Id est, Magni æstimari, Das sie mich auch lieb haben. Id) Vt aliquis ametur & magnifiat. Redit Demea ad ingenium, & deplorat illa tempora. Posteriores) Scilicet, Partes. Feram) .i. Ero quoq; inter primos, So wil ich auch nicht der geringste sein. Sic enim dicimus, priores, posteriores, primas, secundas, s. partes, tenere. Deerit) s. Si non successerit, wird es aber mangeln. Refert) q. d. Nihil ad me attinet, etiamsi pereat interea res familiaris, cum sim morti uicinus. Ego iam fruar ijs, quæ magno labore quæsiui & paraui. Refert) .i. nemo erit, qui me arguat & accusat. Refert) s. Etiamsi minuatur pecunia. Non potest dissimulare naturam, & mores suos Demea, iuxta illud Horatij, Naturam expellas furca, tamen usq; recurret. Item illud, Tu nihil inuita dices, faciesue Minerua.

ARGVMENTVM M. AMBROSII IN ACT. V. SCEN. V. & VI. Heus, &, Hera, &c.

HAE duæ Scenæ ad idem argumentum pertinent. Multis uerbis rogatus Demea tandem uix promiserat se interfuturum nuptijs nati. Ideò nunc à Syro qui uix edormierat crapulam, ac cœ-

nam uocatur. Studet autem senex præter suam naturam esse affabilis in respondendo, & quidem experitur longe difficilimum esse, ut cui antea pessima quæque semper minatus erat, eundem blande alloquatur. Verum quia uidet se esse prouocatum, ut hoc faciat, ridicule studet seipsum uincere. Principio non salutatus humanissime resalutat. Deinde magnifice pollicetur suam operam. Ad eundem modum suauem ac liberalem se præbet erga seruum Sosiratæ. Cæterum in ipso sermone senis satis est expressum, quod non tantum magni laboris sit, sed impossibile quoque ueteres mores, in quibus aliquis consueuerit, dediscere. Etsi enim aliquo modo corrigi possunt, tamen perpetuo retinent antiquam consuetudinem, iuxta illam sententiam Poetæ. Naturam expellas furca, tamen usque recurret. Producitur enim senex non sine maximo risu, qui subito fingitur esse mutatus, lenis uidelicet & blandus, & tamen talis per omnia, ut qui nullum nouit modum istius lenitatis. Est & illud quoque ualde ridiculum, quod seipsum admiratur in tanta humanitate, & quod gloriatur de successu nouæ affabilitatis. Nam cum non possit illam tristem naturam omnino tegere, seipsum prodit, quod ad eam rem omnino sit ineptus.

ALIVD EIVSDEM.

QVia antea constituit Demea, se omnia permissurum, modo à suis magnificeret. Quare hoc

hoc loco præbet se familiarissimum, & præter naturam blandissimum duobus seruis, nihil cogitans amplius, quid de fratre & liberis futurum sit.

ALIVD EIVSDEM IN V. VI. ET VII.

EXequitur Demea, quod facere decreuit, cum & principio Syrum, quem antea odiosissimum exemplum disciplinæ nominauit blandis alloquitur uerbis præter suam naturam, eiq; liberaliter suam operam pollicetur. Deinde non minus blande tractat seruum Sostratæ, cuius fidem & spectatam probitatem uehementer prædicat. Postremo Aeschino quoque, quem antea noluit filium suum agnoscere, nihil dicit, nisi grauissima, uidelicet, se & probare nuptias & optare, ut in ædes tota familia Sostratæ traducatur. Hæc omnia quod repugnans naturæ ipsi satis ostendit, cum admiretur subitam illam mutationem, & de magnitudine sumptuum conqueratur.

ALIVD ἄλλο.

PRoposítum Demeæ de naturæ seueritate corrigenda personas spargitur, & simulata eius comitas. Prodit igitur Syrus, cui peculiariter infestus erat Demea, ut nouam eius benignitatem experiatur.

ALIVD ἄδηλον.

VIde nouam Demeæ facilitatem, quam tamen in-eptam facit Poeta, cum contra naturam suam se comem esse dicit Demea. Deinde laudat furacem & perfidum seruum indignum laude, quem supra semper insectatus est. Summa, sic iudicat Demea de omnibus rebus, aliâs probant, aliâs improbant multa, Quia nulla ratione honesta ducti, nullo iudicio uel damnant, uel laudant multa. Horat. Non ego uentosæ plebis, &c. Qui stultus honores, sæpe dat indignis, &c. Supra, Homine imperito, &c.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. V. Scen. V. Heus, &c.

SEruum haud illiberalem præbes te) Præbere proprie significat, Geben. Præbere se, Formula latina est, ut præbere se seruum liberalem, Hoc est, Exhibere se facilem, Sich freundtlich erzeigen, oder das thun, das einem frommen Knechte zustehet. Cicero lib. 2. Epist. 2. Te mihi æquum præbere debes.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. V. Scen. V. Heus, &c.

Hic

HIC est planè nouus locus, qui additus est ornatus caussa, & ut ostendat Poeta naturam non posse mutari, neq; dissimulari, iuxta uersiculum Horatianum, Naturam expellas furca, tamen usq; recurret, & quam ridiculus sit Demea, quod nouum ingenium, naturamq; induere cupit contra naturam, iuxta Prouerbium, Tu nihil inuita dices, faciesq; Minerua. ἄλλως. Picta comitas & clementia Demeæ in personas spargitur. Præcipuum autem est, quod hoc loco obseruari debet, nempe, quod Poeta ostendit, quàm absurde blandus conetur esse, qui non solebat, aut natura blandus sit, Vide Ciceronem lib. 1. Offi. De uniuersitate ingeniorum. ἄλλως. Sequentes duæ Scenæ, continent executionem consilij in superiore Scena à Demea expositi. Nam in hac Scena, cum per Syrum à Mitione admoneretur, ne longius abiret placidum & clementem se exhibet, atque Syro beneuolentiam suam promittit. Demea) Est simplex petitio. Heus) Inuitantis & blandientis uox. Frater) Scilicet, Tuus Mitio. Abeas) Scilicet, Vt maneas aliquandiu, uel, ne sis in mora nuptijs. Quis homo) Scilicet, Est qui me uocat. Respicientis uox est. Iam intuetur Demea exemplum disciplinæ, cui admodum imprecatus erat, Tamen cum uidet aliter fieri nõ posse, præbet sese facilem. Noster) Verba, quibus uult ostendere se esse alium factum. Quia est omnino blandus in oratione, sed animo non. ô Syre) Absurde conatur esse blandus, & hæc nullam habent gratiam, Quia sunt coacta. Quid sit) Scilicet, In uestris ædibus, wie gebet

het es zu. Agitur) s. Quid noui dicitur, was ist für/ oder was saget man newes.

Recte) Scilicet, Omnia geruntur, Alles gutes. Optime) .i. Audio hoc libenter, uel, Optime, s. est, quod dicis. Recte) Quidam existimant, Recte, hoc loco poni, pro, nihil. Quia ueteres ominosum putabant dicere. Nihil. Sic in Eunuch. Act. 2. Scen. 3. Dum hæc loquitur, abijt hora, rogo nunquid uelit, Recte, inquit, &c. Et in Heaut. Act. 2. Scen. 1. Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis, Tum quod dem ei, recte est. Hæc tria) Secum loquitur, uolens ostendere, se dixisse hæc uerba, sed longe aliter sentire. Iam nunc) Est Plautinum. Admiratur autem ipse suam coactionem. Tria) Scilicet, Vocabula. Significat quanta dignitate superauit. Naturam) s. Consuetudinem, Sunt tantum spumæ uerborum. O noster) Mimesis & τεχνικῶς ponuntur hæc uerba. Noster) Sunt uerba blandientis. Significat autem in sua natura nihil esse blandi. Seruum) Vtitur commendatione conuertens se ad Syrum. Illiberalem) Id est, Minime malum. Iam laudat eum qui tamen est perditißimus, Non (inquit) Vidi tui similem. Du bist nicht wie die andern/ du bist ein frommer Knecht. Præbes te) q.d. Es optimus seruus, Du thust dein ampt fleißig. Lubens) Id est, Ex animo, Ich wolt dir gerne wolthun. Pollicitatio, ut nihil dubitet, quin uere eum sic amet. Faxim) Pro faciam, Ego) Scilicet, Qui antea fuit tibi iratus. Gratiam) Præter opinionē audit eam commendationem et polli-

citatio-

citationem, & quasi miratur istam subitam mutationem Demeæ. Habeo) Scilicet, Pro illo tuo officio, scilicet, quod ita me commendas & polliceris mihi tuam operam. Differunt autem, Habere gratiam quo i fit animo. Agere gratiam, quod fit uerbis. Referre gratiam, quod fit facto. Atqui) Addit assertionem. Hoc) Scilicet, Quod iam dixi. Verum) Es ist mein ernst. Addit hoc, quasi esset difficile, aut quasi non crederet Syrus. Nec, inquit, existimes me dicere mendacium. Ipsa re) Scilicet, Non tantum uerbis pollicebor, sed re ipsa præstabo. Experire) Scilicet, Me officiosum esse, res ipsa indicabit. Propediem) Gantz schier. Descriptionem frugi & boni serui. Vide Strophili Plautini descriptionem, Supra in Andr. Hoc tibi pro seruitio debeo.

ARGVMENTVM ἄδηλον IN ACT. V. SCEN. VI.

Hera, &c.

DEmeæ noua & simulata comitas spargitur in personas, id quod oportebat fieri. Nam si κατασκοφὴ læta futura erat, turbas sedari necesse fuit, in omnibus simultatibus depositis personas in gratiam redire.

ALIVD ἄδηλον.

QValem se præbuit Demea in superiori Scena, talem simulat se apud Getam dum absurde ni-

de nimium illi blanditur, & gloriatur de successu nostrae affabilitatis.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE Iseni in Act. V. Scen. VI.

Hera, &c.

Maximi pretij esse hominem) Quem multi pretij significant, hunc πολλοῦ ἄξιον, id est, Multa re dignum, & τοῦ πάντ' ἄξιον, id est, Quauis re dignum, & è diuerso, quem contemnunt, ὀλίγου ἄξιον, id est, Paulo dignum, tuta figura Græci dicunt. Vide Eras. in Chiliad. Quauis re dignus.

Seruus spectatus) Id est, Ego iudico illum esse bonum seruum. Supra in Andria. Act. 5. Scen. 1. Satis iam satis Simo spectata erga te amicitia est mea, Den halte ich für einen redlichen Knecht / der achtung hat auff seinen Herrn / qui est sollicitus pro suo domino, qui facit suum officium.

Paulatim plebem primulum facio meam) Id est, Concilio mihi fauorem uulgi, Ich mache mir den gemeinen Manzum freunde. 1. facit suos, hoc est, Conciliauit sibi eorum amorem & studium. 2. Demereor mihi uulgus. 3. Deuincio mihi plebem. Supra in Heau. 4. Horat. Non ego uentosæ plebis suffragia uenor. 5. Consector gratiam plebis, Cicero. 6. Ineo gratiam à plebe. Sic locutus est etiam

Ouidius

Ouidius lib. 1. de Arte. Fac plebem mihi crede tuam. Suffragium idem est, quod Cicero uocem appellat, ut, Vocem suam alicui præbere, Einem seine stimme geben.

SCHOLIA QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. V. Scen. VI. Hera, &c.

EXperimentum aliud mutationis animi in Demea coactæ contra ingenium, & est hic exemplum obseruandum coactæ & extortæ mutationis. Neq; enim mutat sententiam Demea, quod Mitionis lenitatem anteferat seueritati, & ita faciendum esse existimet, sed corruptis sui seculi moribus conceachis ex duro fit simulator. ἄπλως. Nuptiæ parantur, ut sit lætus fabulæ exitus. Hera) Apostrophe ad heram, à qua digreditur, Estq; lætantis appellatio, uel est occasio ad sequentem senis orationem. Ad hos) Id est, Mitionem & Aeschinum. Prouisam) Id est, Ibo ad uidendum, Ich wil zu denen schawen. Interrogaturus scilicet. Accersant) Scilicet, Vt nuptiæ fiant, Das sie zur Kirchen gehen. Sed eccum) Mitionis uox. Vehementer enim lætatur adesse Demeam, Saluos sies) Pro, Salue, Comicum est. Primum illum salutat blandissime. Oh) Interiectio lætantis. Qui) Id est, Quomodo. Quia non statim potest cognoscere Getam esse. Vocare) wie heistu. Maximi pretij hominem) Id est, Frugi hominem, Das

dil

zu ein solcher Knecht bist/der nicht wol zuuerbessern sey. *Summa est commendatio probitatis & fidelitatis.* Oh) *Blandientis.* Vocare) *s. Quod est tuum nomen.* Geta) *s. Nomen est.* Geta) *Addit suum iudicium de illo seruo.*

Nam) *Expositio quare sit plurimi æstimandus. Illa autem dicuntur sententiose de officio seruorum.* Spectatus) *Id est, Fidelis, probatus, q. d. Magnifice de eo sentio.* Dominus) *Quia significat hoc raro accidere.* Curæ est) *Siue præsente, siue absente eo, q. d. Qui diligenter cogitat, ut faciat suum officium, uel, Qui diligenter agit rem domini.* Tibi) *Scilicet, Esse curæ dominum tuum.* Tibi) Scilicet, *Tam fideli seruo.* Eam rem) *id est, Fidelitatem tuam, Quia es spectatus seruus.* Vsus venerit) *.i. Si erit aliqua occasio benefaciendi. Si opus erit tibi mea opera, uel meo auxilio.* Faxim) Ich wil dir dienen/ Meditor) *Ridicule de se ipso dicit, ut homo ineptus.* Affabilis) *id est, Blandus, Comis,* Mit dem gut zu reden vnd vmbzugehen ist. *Alludit ad illa, quæ dixit.* Procedit) Es gehet mir noch wol fort/ De me *sibi ipsi placet.* Bonus es) *Gratiarum actio, q. d. Habeo magnam gratiam, & laudo quod es tam officiosus.* Hæc) *s. De seruis.* Existimas) *s. Quod ita prædicas seruos, & maxime meam personam.* Paulatim) *Ridicula exultatio senis.* Primulum) *Significat se hoc nunquam antea feciſſe.* Plebem) *id est, Seruos in familia, ut me diligant & ament.* Facio) *Hæc uerba submissa uoce, uel ad spectatores loquitur.*

tur. Meam) Id est, Mihi fauentum, q.d. Concilio mihi familiam seu infimæ sortis homines. Metaphora est sumpta à comicijs, in quibus homines ambitiosi, cum honores peterent, solebant plebeos prehensare, & eorum fauorem captare.

ARGVMENTVM M. AMBROSII IN ACT. V. SCEN. VII. Occidunt, &c.

NOuam illam humanitatem, qua usus erat senex erga seruos, etiam Aeschino filio ostendit, hunc suauissime tractat, omnia dissimulans quæ antea tanquam de adolescente perditissimo cogitauerat, & adeò lenem se præbet, ut non rogatus omnem suam operam offerat filio. Ad hæc nouum hunc sponsum admodum sollicitum consolatur, & iubet esse bono animo, Tum etiam auctor existit diruendæ macceriæ, ut hoc modo fiat una familia & inprimis, ut sponsa puerpera sine periculo adduci possit. Ita sollicitum se esse significat pro utriusq;. Hæc subita lenitas patris adolescentem reddit lætissimum, qui principio ualde conqueritur de mora, quod in longum nuptiæ distrahantur. Sed quia addit humanissimas uoces, & compellationes parentis, facilius perfert istam molestiam. Tandem uerò ut palàm fiat. Demeam infeliciter hoc conari, quod erat contra naturam, in medio sermone fingitur ad mores antiquos redire, qui iterum damnare incipit uniuersam illam

illam uitæ rationem, quam secutus erat frater cum sua familia.

ALIVD EIVSDEM.

MEditatur apud filium quoque Demea affabilis esse, quem tamen ante penitus damnauit. Huic nunc subito pollicetur omnem operam, eumq; adhortatur, ut sine mora nuptias celebret. Facit autem hoc totum repugnante natura in odium & contemptum sui fratris, qui liberos labore maximo eductos, paulò sumptu suos fecerat.

ALIVD ἄλλο.

DEmeæ ut in superioribus Scenis seruulis, ita hîc Aeschino nouam suam comitatem & facilitatem ostendit. Apparet autem hoc loco, quam grata sit iuuenioribus indulgentia, & quam inuisa sit castigatio & obiurgatio.

ALIVD ἄλλο.

REdit Aeschinus cum patre in gratiam, sumitur q; exordium orationis à querela, nimirum, quod capiat molestiam ex nimio nuptiarum apparatu, Docetq; hæc Scena amantibus nihil esse odiosius, quam moram, & quam moleste ferant adolescentes obiurgationem & censuram.

ANNO

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. V. Scen. VII.

Occidunt, &c.

HYmenæum quid cantent) Hoc est, Musicos nondum habeo, qui cantent nuptiale carmen, Die die Brautmesse singen / oder Brautlied. Hymenæus Deus nuptiarum est apud Poetas. Vide Epithalamium Catulli. Significat item nuptiale carmen, ut hic in Adelph. & apud Plautum in Casina, Age tibicen, dum illam educunt huc nouam nuptam foras, suaui cantu concelebra omnem hanc plateam hymenæo, &c. Significat item suas nuptias. Virgilius 4. Aeneid. Incertos Hymenæos. Respexeruut autem Poetæ ad naturam. ὑμὴν & pelliculam significat, quæ pudorem uirginum conseruat, & primo coitu rumpitur.

Iube dirui) Diruere significat proprie, Eim reissen, ut ædes diruere, Ein hauß eimreissen. Ouid. Diruta sunt alijs, uni mihi pergama restant.

Lepidus vocor) Vide senis ingenium. Non enim potest se dissimulare, iuxta prouerbium, Naturam expellas furca, tamen usq; recurret. Huc pertinent disputationes doctorum hominum, plus ne ualeat ingenium, an educatio. Vide Quintilian. Item. Plutarch. De institutione liberorum, Duo canes, &c. Item, feles Marcolff.

Quid mea) Quid mihi cum ista caussa, Quid ad me, Quid mea refert, Quid mea autem, Was ist mir daran, Was frage ich darnach / Was habe ich fehls daran.

Ineo gratiam) Eadem formula est supra in Eunuch. Obseruabis autem utrunque dici latine. Ineo à te gratiam. Sic enim est in Eunuch. Ab eo inibo gratiam. Et, Ineo gratiam, Sine præpositione & casu, ut hic, Ego lepidus ineo gratiam, hoc est, Facio meos.

Babylo) Babylonem uocat fratrem, uolens indicare liberalem & nimis facilem in sumptibus faciendis in usus filiorum. Sumptum est uocabulum ex aliqua ueteri fabula.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. V. Scen. VII. Occidunt, &c.

OCcidunt) Pro, Nimis lædunt uel cruciant animum, Sie martern mich schier todt. Sie möchten mich wol vnsinnig machen. Est quædam reprehensio quod ita uolunt nuptias laude, & quemadmodum solent diuites, instruere. Occidunt) id est, Summa molestia afficiunt me. Omnis mora amatori est longissima. Occidunt) Exordium constans querela de nuptiarum mora ac apparatuum & uestituum. Nimis sanctas, id est, Magnificas, solennes & religio-

religiosas, in quibus nihil ceremoniarum negligitur, Da es herrlich vnd prechtig zugehet. Sanctas, quod nihil esset opus, propterea quod sponsa iam peperit, & est indignantis. Sanctum dicitur quasi sacratum & solennibus ritibus quodammodo sancitum. Inde uocat sanctas nuptias, quasi magnificis & solennibus ritibus & ceremonijs apparatas. Apparando) scilicet, Quæ sunt necessaria ad nuptias. Apparando) scilicet, Nuptias. Diem) s. Integrum. Quid) Percunctatio blanda. Ista autem omnia dicuntur simulato animo. Hem) Prælæticia non resalutat, Et ijs uox consternantis. Hem) Hoc loco non est interiectio indignantis, sed de improuiso aliquem deprehendentis. Aliquando ponitur pro En uel Ecce, & est Aduerbium demonstrandi. Eras) s. Aderas. Tuus) Iam iubet filium bene sperare, & hoc plane pugnat cum præcedentibus omnibus. Tuus) s. Pater sum. Hercle) Est asseuerantis. Vero) Hoc loco non est Coniunctio aduersatiua, sed ponitur Affirmatiue, pro, certe uel sanè. Animo) id est, Animo paterno, Ich günne dir guts wie ein Vater, qui tibi bene uult. Animo) id est, Consilijs. Natura) Ita nihil relinquit fratri suo Mitioni. Qui) scilicet, Pater, quasi dicat, Ego. Oculos) Hyperbole est, Denn mich selbst. Hosce) δεικτικὸν. Accersi() s. Quare non celebras nuptias. Illa pertinet ad Catastrophen. Cupio) s. Accersere uxorem, scilicet, sponsam. Cupio) .i. In me non est mora. Mora) s. Ne fiant nuptiæ. Mora) id est, Hoc me impedit. Hymenæus fuit

cantilena usitata, qua bene precabatur sponso & sponsæ. Nostri uocant Epithalamium, h. e. Nuptiale carmen. Tibicina, Eine Pfeifferin.

Eho) Monentis, Interiectio est. Vin') .i. Vis ne. Seni) id est, Mitioni. Est Emphasis, q, d. Quorum ætatem & consilium ferè soletis contemnere. Huic) q. d. Putas quod ipse omnia intelligat. Argumentum ab ætate. Quid) scilicet. Recitas, dicis. Huic) Hoc cum odio dicit, quod sibi maiorem gratiam conciliet, si in contemptum Mitionem induxerit. Missa) scilicet, Omitte illam pompam, de qua dicam. Hymenæum) scilicet, Qui canat. Congeries pompæ nuptialis. Turbam) id est. Conuiuarum, h. e. Homines, qui sunt ad nuptias inuitati, seu, hospites. Lampadas) Facklen, quæ solent præferri sponsæ. Maceriam) id est, Parietem uel murum constantem ex lapidibus sine calce. In horto) scilicet, Stantem. Quantum potest) So balo man kan. Hac) scilicet, Via. Potest) scilicet, Quam ocyßime potest fieri, Transfer) s. Sponsam tuam, Quia cupit istam familiam planè esse perditam. Matrem) scilicet, Sostratam. Ad nos) id est, Ad ædes nostras.

Euge) Redit ad naturam Demea. Dicit autem hæc uerba senex cum quadam insultatione. Non potuit enim se dißimulare, iuxta illud Pindari, Difficile est natiuos celare mores. Verba hæc sunt: Τ γαρ ἐμφυές, οὔτ' ἄιθων ἄλωπηξ, οὔτ' ἐρίβρομοι λέοντες διαλλάξαιντο. H. e. Ingenium, natiuamq; indolem, nec astuta uulpes, neque præualidi leones

mutas

mutare quiuerint. Vocor) ſ. A meo filio. Euge) Eſt exultantis, & quædam Ironia. Lepidus) Quid omnia permitto. Fratris) Nunc diſputaret de incommodis eius, qui eſt malus Oeconomus & paterfamilias. Fient) ſ. Deſtructa maceria. Peruiæ) Durchgengig. Inuium, Da man nicht kan durchgehen. Abducet) ſ. Adoleſcens. Turbam) id eſt, Hoſpites. Die hochzeit geſte. Admittet) ſ. Alet Soſtratam cum tota familia. Multa) ſ. Alia fient incommoda. Es wird viel auffgehen. Multa) ſ. Peribunt. Quid mea) ſ. Refert. Correctio eſt. Admittet) ſ. Faciet. Lepidus) ſ. Exiſtens, q. d. Hoc modo comparo mihi amicos. Ineo) ſcilicet, Apud meos, q. d. Mihi habent gratiam propter iſtud malum, in quod incideruntt, Ich verdiene danck.

Iube) Dicit illa uerba cum quadam inſultatione, & alloquitur fratrem tanquam præſentem, uocatq; eum Babylonem, propter iſtam nimiam liberalitatem. Illi) ſ. Aeſchino. Ridet ſtultitiam fraeris. Babylo) ſ. Frater. Eſt inſultatio, q. d. Ego effeci uerbis, quantum iſte pecunia. Dinumeret) Er zehle auff. Babylo) ſ. Fœnerator uel trapezita. Babylo eſt nomen propriũ fœneratoris. Videtur enim Demea ſecum irridere fratrem, q. d. Age dimuneret filio pecuniam ad emendam amicam. Obſcurum autem eſt, fratrem ne an trapezitam Babylonis nomine ſignificet, nec ſane uidetur eſſe incommoda interpretatio, ſi Babylonis nomine Mitio intelligatur, quod & Donatus ſuſpicatur. Nam Gellius libro 7.

cap. 11. asserit nomine Babylonis sæpe significari bonam nem luxuriosum & moribus corruptum. Imprimis autem in sacris literis, quod nihil fuit instructius ad immodicas uoluptates ipsis Babylonijs. Xerxes enim ut defectionem ulciscereretur, imperauit Babylonijs, ne arma tractarent, sed tibijs uterentur, scorta alerent, & in luxu uiuerent. Autor est Plutarchus. Viginti minas) id est, 200. Coronatos. Fœnerator. Ein &wucherer. Trapezita, Ein &wechßler. Τραπεζίτης. Babylonem nonnulli trapezitæ seu fœnatoris nomen esse putant, apud quem senex depositerit pecuniam. Alij, ut Donatus, ipsum Mitionem, aut certe Aeschinum Babylonem dici propter uitam dissolutam & luxa perditam à Babylonijs, qui semper delicijs & uoluptatibus fuerunt corruptissimi, ut testatur Q. Curtius.

Facere) scilicet, Quod iussi. Quid ago) Pro agam, &was sol ich für haben, Alij rectius legunt, Quid ergo. Syrus enim admiratur & expectat, quid nam nam facere debeat. Dirue) s. Materiam sine aliqua mora. Tu) s. Geta. Illas) s. Matrem & familiam omnem. Dij) Agit illi gratias pro ista humanitate. Factum) scilicet, Facere, &weil du es so gut mit vns meinest, id est, ex animo bene capere. Video) s. Intelligo, &weil du vns gutes günnest. Dignos) s. Quibus ista contingant. Ironia, Es sind feine leuthe. Arbitror) s. Quibus satisfacio. Ais) s. Placet ne tibi. Tu) scilicet, Aeschine. Opinor) s. Esse dignum, ut hæc beneficia contingant eis. Quid) alloquitur iterum

ad

ad extremum filium, Quid, inquit, scilicet, hoc tibi placet. Opinor) scilicet, Quemadmodum tu iudicas. Rectius) scilicet, Dirui maceriam. Hoc dicit senex amaro animo. Puerperam) Id est, Puellam parturientem. Duci) scilicet, Quod est tutissimum. Aegrotam) s. Adhuc propter partum. Viam) scilicet, Plateam. Puerperam) s. Pamphilam. Melius) s. Hoc tuo iudicio. Soleo) id est, Tale consilium dare ad extremum coactus. Est Ironia, quasi dicat, Soleo sic consulere istis, qui nihil uolunt habere. Sed) Paraseue ad sequentem Scenam.

ARGVMENTVM M. AMBROSII IN ACT. V SCEN. VIII. Iubet, &c.

ADuentus Mitionis, qui interrogat, cur diruatur Maceria, præbet occasionem, ut Demea fratri prædicet illam nouam humanitatem, sed in hac re nouo quodam ioco utitur. Principio multis persuasionibus & precibus Mitioni abhorrenti à re uxoria, & iam in ultima senectute, tradit anum uxorem, cum qua transigat ætatem non sine magna molestia, utpote quæ nunquam desinet multa imperare, & in omnibus maritum regere & tractare durius. Deinde adhortatur, ut Hegioni sponsæ cognato agrum donet. Hæc duo posteaquam intelligit se imperasse, serio exultat. In primis autem, quod sententiam de uitio senectutis,

qua usus erat, paulò ante Mitio, in eundem retorserit, & quod hoc modo constrictus atq; adactus frater fuerit, ut contra uoluntatem agrum Hegioni daret.

ALIVD EIVSDEM.

AD extremum cupit Demea, ut fratri in omnibus fortunatissimo accidat, ut miseriam aliquam capiat. Intelligens autem ad eam rem nihil melius esse, quàm si obturdatur aliqua anus miles molestiarum, agit cum eo serio, ut eam uxorem ducat. Mitio uero multis rationibus & petitionibus prorsus pollicetur se id facturum, etiamsi sit contra uoluntatem suam. Præterea ut augeat Demea fratris prodigalitatem, quemadmodum ipse interpretatur, Hegioni nouo affini impetrat paululum agelli sumpto argumento à suspicione auaritiæ, quam senes inprimis fugere debent.

ALIVD EIVSDEM.

ADmodum optauit Demea, ut fratri fortunatissimo aliquid accideret, unde caperat aliquam miseriam. Intelligens autem nihil esse, quo possit magis fieri miser, quam ut anum ducat uxorem, proponit fratri eam rem pluribus uerbis, quem tandẽ multis precibus filij & suis eò compellit, ut promittat se hoc facturum. Ad hæc, ut quemadmodum ipse indicat,

fratris

fratris prodigalitatem augeat ac confirmet, omnino suadet, ut Hegioni nouo affini paululum agelli, quod sub urbe est, donet, idq; imprimis faciundum ait propter uitandam suspicionem auaritiæ, quæ communiter solet esse in omnibus senibus.

ALIVD ἄδηλον.

VT iocus aspergatur in fine fabulæ, fingit Poeta Demeam pro sua noua benignitate & facilitate persuadere fratri, ut Sostratam anum decrepitam ipse sexagesimum annum egressus uxorem ducat. Item ut eius affini Hegioni aliquot agros donet. Docet autem hæc Scena nimiam facilitatem, ut Mimus ait, ad partem stultitiæ uergere. Item, facile homines de alieno liberales esse, sicut hoc loco, & in Scena sequenti Demea facit. Est autem hæc fabulæ Catastrophe.

ALIVD ἄδηλον.

VT plus uarietatis atque ioci sub finem fabulæ aspergatur, Mitio suasu Demeæ cogitur decrepitam anum in uxorem ducere. Initio autem cum Mitio uidet maceriam dirui, quærit eius rei autorem. Deinde ubi congressus sit, Demea per insultationem quandam peruenit ad petitionem, qua petit, ut Mitio uxorem ducat. Quod cum impetrat, aliam petitionem instituit, ut ager, qui sub urbe est, Hegioni

ni detur, atq; ita apparet facilitas Mitionis, qui in re palàm absurda ac inepta morem gerit fratri, ut notam pertinaciæ effugiat.

ANNOTATIONIS GRAMMATICAE D. ANDREAE MIseni in Act. V. Scen. VIII. Iubet, &c.

POterit esse exemplum hæc Scena in genere Suasorio, & ex huiusmodi eruditorum hominum exemplis intelliguntur præceptiones Rhetoricæ, quæ alioqui nullæ sunt exemplis omißis, & uel maxime intelligi possunt ex concisis huiusmodi exemplis, in quibus argumenta & series locorum tantum perstringuntur. Vt autem festiua & faceta est hæc Scena sub finem fabulæ addita, quo scilicet Catastrophe esset omnino hilaris & grata multitudini, ita est etiam ualdè elegans & aptißime constat Rhetorico ordine. Est autem generis deliberatiui seu suasorij. Cum hac Scena confer etiam orationem Ciceronis pro Archia Poeta. Item, pro Ligario, & pro rege Deiotaro, & secundam Eclogam. Sunt enim eiusdem generis.

Colere) Colere, Ein für augen haben, Einem guts thun. Supra. Et nos colint maxima, Er hat vns alleʒeit für augen gehabt. Inde colendus, Einer, den man für augen haben sol. Eadem significatione ferè usus est supræ uerbo respicere. Nemo respicit

nos

nos Cicero lib. 2. Epist. 11. Vrbem mi Russe cole. Vide ibi Annotationes 2. Colere agrum, Den acker bawen. Inde agricultura, Ein Ackerbawung. Item Agricola, Ein Pawersman/der den acker bawet.

De te largiter puer) Cicero lib. 3. Epist. 8. Cum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior.

Age prolixe Mitio) Supra in Eunuch. Accipit hominem nemo melius, neq; prolixius. Cicero lib. 3. Epist. 8. Etsi de tua prolixa, beneficaq; natura. Et lib. 7. Epist. 5. Minus ei prolixe de tua uoluntate promisi.

Et si hoc mihi paruum) Eleuat turpitudinem facti quæ potuisset eam à cæpto deterrere, nisi permouerent eum tantopere filij, & fratris improbæ petitiones. Fortasis respicit ad uetustissimas leges Iuliam uel Papiam, quæ uetuerunt, ne natus annos 50. & sexaginta duceret uxorem iuuenculam, ut adulteriis anteiretur. Sed postea correctæ sunt istæ leges.

Parere per annos hæc non potest) Plinius lib. 7. cap. 14. Mulier post quinquagesimum annum non gignit.

Absurdum) Lege Iulia & Papia cautum fuit, ne nati annos quinquaginta aut sexaginta ducerent uxores iuuenculas. Illæ autem leges ueteres correctæ sunt nouis legibus, quæ promiscue permiserunt connubia iunioribus & senioribus. Apparet hoc ex Suetonio, qui in Claudio scribit etiam Tyberium Cæsarem

sarent eam legem tulisse, quam postea Claudius abrogauit. Verba Suetonij hæc sunt: Capiti Papiæ, Poppeæq; legis à Tyberio Cæsare, quasi sexagenarij generare non possunt, edicto abrogauit. Eadem lex, ut non omnibus satis commoda, etiam postea antiquata est à Iustiniano Imperatore, id quod apparet ex titulo. C. de nuptijs. L. Sancimus. Verba legis hæc sunt: Sancimus nuptiæ, quæ inter masculos & fœminas, maiores uel minores omnes sexagenarijs uel quinquagenarijs Iulia uel Papia prohibitæ sunt, homines uolentes contrahere ex nullo modo, uel ex nulla parte tales nuptias impediri. Ad hanc legem hic uidetur respexisse Poeta.

Alienum à mea vita) id est, Non decet meam uitam, Es stehet mir vbel an/der ich so alt bin, Est indignum me. Sic & dicimus, Hoc peccatum alienum est à tua ætate, hoc est, Non decet tuam ætatem, præter ætatem tuam facis, cum sic peccas, Die Bůberey stehet dir/der du so jung bist/sehr vbel an. Sic & dicimus, Non facit alienum à suis moribus, aut à suo ingenio, hoc est, Redit ad ingenium, Er thut wie seine arth ist.

Verum quid) Altera Scenæ pars item est petitoria, & uide, ut iterum ante statum præmittat argumenta ab Hegionis persona petita, à cognatione affinitate. quæ in se habent honestatem. Est enim honestum cognato inopi largiri.

Postremo) Elegans inuersio sententiæ. Magnam ubiq; habet in oratione gratiam hæc ratio uiuendo

tendorum aduersariorum, uel etiam amicorum, quibus sumus aliquid persuasuri, ut suo eos uerbo conuincamus. Similis locus est in Epist. Seruij Sulpitij ad Ciceronem lib. 4. Epist. Noli, inquit, te obliuisci Ciceronem esse, & eum, qui, &c. Vide locum. Similis etiam locus est supra in Heaut. Act. 5. Scen. 1.

Effugere maculam) Cicero pro lege Manilia. Delenda est uobis illa macula Mithridatico bello suscepta. Liuius libro 3. ab urbe condita. Claudiæ genti eam iniustam maculam uellent. Cicero 1. Philip. etiam notam uocat. Nota, inquit, iniusta est à te mortuo Cæsari, hoc est, Ignominia. Germani eadem metaphora uocant, einen schandfleck. Propriè significat labem, ein mackel, ein fleck oder kleck. Inde commaculare, beschmieren / beflecken / oder beklecken. Virgilius 8. Eclog. Commaculare manus per Metaphoram, significat uitium seu ignominiam. Eine schmach. Sic est hic, Maculam effugere. Macula etiam significat, eine masche an einem netze. M. Cicero in Orat. in Salustium. Nonne tibi uidere æternas inurere maculas, quæ reliqua uita tua eluere non possit. Homerus ß. Odyss. μῶμον ἀνάψαι. Hoc est, Maculam appendere, Einen schandfleck anhengen. Inurere notam alicui, hoc est, Ein loch oder zeichen an die stirn oder backen brennen. Inde notare in hac Metaphora dixit Cicero, & per Metaphoram significat aliquem hostiliter deferre, aliquem probari insimulare, Einem alle schande nachsagen.

Suo

Suo sibi hunc gladio iugulo) Suo gladio aliquem iugulare, Prouerbium est, hoc est, Suis uerbis & suo iudicio aliquem conuincere, aut confutare, Einen mit seinen eigenen worten vber weisen, Einen mit seinem eigenem schwerdt schlagen, Abundat autem hic particula, sibi, quæ sicut & similes interdum per Pleonasmum solet huiusmodi orationibus inseri. Sicut & infra in Phorm. Qui mihi fiunt senes. Et supra in Eunuch. Qui mihi nunc fores aperis. Et in Heaut. Syrus mihi pœnas pendet. Item, Syrus est mihi præhendendus. Plautus in Prologo Capti. Quo pacto seruiat suo sibi patri. Horat. lib. 1. Epist. 3. Quid mihi Celsus agit. Sic & apud Virg. Eclog. 9. Tibi abundat, Et tunc omne tibi stratum silet æquor, &c. Vide supra annotationes in Eunuch. Qui mihi uno digitulo foris aperis. Item uide Vallam de reciprocatione, Sui, & Suus.

SCHOLIA QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. V. Scen. VII. Iubet, &c.

PErsuadetur in hac penultima Scena, Mitio à Demea, ut Sostratam anum decrepitam uxorem ducat. Sed præbet se Mitio nonnihil difficilem. Deinde impellitur uerbis Demeæ, ut Hegioni cognato paululum agelli donet. ἄπαξ. Vt iocus aspergatur sub fabulæ finem, seni fingit uxorem dari. Frater) scilicet, Demea. Iubet) scilicet, Maceriam diuitis horto.

Vbi

Vbi) Respicientis. Est) s. Vt interrogem, an uerum sit. Hoc) s. Maceriam dirui. Ego) Hoc planè dicit repugnante natura. Iubeo) Asseuerantis, q. d. Quandoquidem uis, ut tua bona pereant, adiuuabo te strenuè. In hacre) scilicet, Quod attinet ad maceriam diruendam. Alijs) s. In posterum. Quam maxime) So viel wir kunnten. Vnam) scilicet, Vt mea & tua familia sit una familia. Omnibus) scilicet, Vt nuptijs senilibus. Colere) scilicet, Iubeo quod attinet ad filiam. Amarulento animo hoc dicit. Adiuuare) Attinet ad Hegionem. Adiungere) Quod attinet ad Sostratam, quasi dicat, Deuincere inuicem. Ità quæso) Adolescens interponit etiam suam sententiam, qui etiam non admodum curat. Quæso) s. Vt sit, una familia. Approbantis est. Censeo) i. Vt una fiat familia, mihi quoque placet, ego etiam subscribo uestris sententijs. Imò) Etiam hoc Ironice dicit. Est autem argumentum ab honesto, Nos sumus satis diuites. Nobis decet) Pro nos. Græca est locutio. Græci enim uerbum, Decet, cum Datiuo construunt. ὑμῖν πρέπει. Causatur etiam Demea honestatem.

Primum) Insinuatio à moribus, ab ætate & conditione mulieris, priusquam proponat, ut si hortaturus sis aliquem ad discendas literas, præmittis primum de literarum bonitate, &c. Huius) scilicet, Aeschini. Vxoris) s. Pamphilæ. Singulari utitur artificio. Mater) s. Reliqua. Est) s. Adest. Est) Affirmantis. Postea) h. e. In quem finem dicis ista, non intel-

Intelligo, quorsum pertinent isti sermones. Proba) Priusquam ipsam rem proponit, laudat Sostratam, & enumerat rationes, quibus Mitionem moueri posse credat, id quod in causis difficilibus aut plausibilibus facere necesse est, Die nicht ein gut ansehen haben. Proba) Redlich. Breuis commendatio. Modesta) Züchtig. Aiunt) scilicet, Vulgo, q. d. Quid hoc ad me. Natu grandior) scilicet, Est mater uxoris, Sie ist eben alt. Scio) scilicet, Esse natu grandiorem, aut esse anum. Parere) s. Propter ætatem. Hoc dicit, ut Mitio fiat alieno animo. Non potest) Vt est decrepita. Nec) Vltimum argumentum à commiseratione. Respiciat) Quia est anus. Quisquam) scilicet, Homo. Sola) scilicet, Deserta, Destituta, plane, Relicta, Solitarie uiuit. Quam) Admirantis, quid hoc noui est.

Hanc) Status seu propositio. Hanc) s. Sostratam. Proponit simpliciter quid uelit. Fiat) s. Vt non repudies. Te) s. Tam sapientem uirum. Ducere) scilicet, Aequum est. Repudiantis uox. Hic locus habet nihil aliud, nisi quandam contentionem, & est noua turba, in qua mire declarat facilitatem suam Mitio. Te) s. Ducere æquum est. Ineptis) id est, Inepte loqueris, quasi puer. Reprehendit hanc sententiam, Fratris, plane facis, inquit, puerorum more. Tu) s. Aeschine. Hoc dicit adolescenti in aurem. Sis homo) id est, Si humaniter rogaueris, aut, si, tantum aliquid uolueris conari apud tuum patrem, uel, Si quid habes humanitatis. Hic) scilicet, Mitio. Fa-

ciet)

ciet) Scilicet, Tuo nomine. Homo sis) Id est, Si uoluer is te ostendere uirum. Addit Poeta circumstantias personarum, Scilicet, Filij amoris erga patrem, Deinde fratris, quæ omnia Rhetor multo fusius tractauisset. Verum oportebat Comicam orationem intra suos fines persistere. Quid) Vtitur uerbis durioribus. Huic) Scilicet, Seni Demeæ. Nihil agis) ſ. Persuasiones frustra recusas, non excusabis te hoc modo, Du richtest nichts auß. Agis) ſ. Excusando. Deliras) Tanquam senex. Iam amplificat, quod antea dixit, ineptis. Exorem) ſ. Vt uxorem ducas. Insanis) Obiurgantis uox. Auferte) id est, Abi, non audiam te. Packe dich. Age) Blandientis cum quadam Ironia. Da veniam) ſ. Fac quod uult filius, ignosce illi, Da illi hoc, Biß jhm das zugefallen, Obsequere filio.

Satin') Confutatio à sua ætate & sponsæ, Est quæ Argumentum ab absurdo. Ego) Argumentum ab ætate, Ego consumpsi omnem meam uitam, & nunc debeam tandem ducere uxorem. Nouus) Id est, Sponsus. Authores) Id est, Vultis mihi hoc persuadere. Estis) ſ. Vos, qui debebatis mihi melius consulere, hoc ne mihi suadetis. Anus decrepita, Ein alter Karnbalch. Fac) ſ. Ducas uxorem. Promisti) ſ. Antea te ductur um matrem in uxorem, & ego filiam. Illis) Scilicet, Familiæ. Promisti) Pro, Promisisti, per Syncopen. Est reprehendentis, quasi dicat. Rerum imperitus es. Puer) Compellantis. Largitur) Richte auß, id est, Promitte de tuis rebus, quæ sunt in tua potestate, non de alieno. De te) ſ. De tuo, Von dei-

deinem. Age) Attingit etiam facilitatem. Quid) Scilicet, Faceres. Oret) s. Filius. Maximum) s. Ducere anum decrepitam (Venusta inuersio est) Da veniam) scilicet, Fac, quod rogat filius. Promitte) Scilicet, Te ducturum uxorem. Non) Scilicet, Omittam. Vxorem) Scilicet, ut ducas uxorem, aut, nisi impetrem, quod uolo. Vis) scilicet, Quod sic mecum agitis. Age) Adhortantis, pro, Agis, Du lest dich lange bitten oder feyern. Hoc) s. Ducere anum. Prauum) Quia sum homo senio confectus. Concedit in illorum sententiam, ut uideatur ubique sui similis. Absurdum) Man wird meiner lachen. Ineptum) Scilicet, contra nostram personam Age prolixe Mitio) Est Ironica concessio, q. d. Noli obsecro tergiuersari, aut, Noli diu contari, aut, te facere difficilem atque inexorabilem in re, quam tua pte uoluntate tamen facies. Prolixe aliquando significat large aut benigne, aliquando difficulter, ut hoc loco. Prauum) Id est, Turpe, Vbel anstehet, Inhonestum. Ineptum) Scilicet, Qui facio sine uoto filiorum. Absurdum) Qui antea non habuerim uxorem. Vita) Qui iam sum senex, uel, Vita, id est, Aetate iam decrepita. Fiat) s. Tamen. Vita) s. Transacta. Vultis) s. Si ita me cogitis. So sey es ja. Bene facis) s. Quod ducis uxorem. Est uox laudantis. Amo) id est, Nunc es uir bonus. Adolescens iam putat praeclare esse actum, quod pater ducat uxorem.

Verum) Exultantis est. Haec autem uerba secum loquitur. Dicam) Id est, Profecto uehementer

exulto.

exulto. Nescio. (inquit) cum omnia ex animi sententia succedunt. Confit) Scilicet, Frater habet anum, quasi suam crucem. Quid) s. Aliud optem, quàm hoc, quod restat. Adhortatio. Restat) s. Quare id quoq; non facio. Hegio) Altera propositio de agello. Prima fuit de uxore. His) s. Sostratæ & Pamphilæ uxori tui filij. Affinis) Id est, Non est alienus à nobis, Er ist im vnser Freundschafft. Hæc omnia dicit, non quod sic sentiat, sed ut ex fratre ludos faciat. Illi) s. Tali uiro, Enthymema, pauper est, Ergo bene nos aliquid facere oportet. Quid facere) Scilicet, Aliquid nos iubes, aut, aliquid præ manibus dare. Facere) s. Decet. Cum magno dolore percunctatur, & aspicit fratrem, q. d. Ego iam habeo domi similiam non iucundam. Bene facere) Id est, Beneficium præstare. Facere) Scilicet, Illi nos decet. Agelli) Propositio. Paululum) Quod paululum dicit, ad facilitatem pertinet. Locitas) s. Vnde soles habere tuum quæstum, Du vermiest es / hinlessest / außleyhest. Aliàs, locare filiam, Eine Tochter außsetzen. Locare operam seu diligentiam significat, Einem seinen fleiß anbieten. Foras) Aduerbium loci pro persona posuit, quasi dicat. Nescio, cui alieno locitas agellum, aut, alijs utendum pro certo præcio concedis. Huic) Id est, Regioni, &wir wöllen es jhm geben. Fruatur) s. Vnde habeat uitæ sustentationem. Paululum) Scilicet Videtur esse agelli. Fruatur) .i. Vnde satis habeat. Paululum) Etiam dicit cum quodam dolore, q. d. Nonne etiam moueris aliqua mea miseria. Id autem

rem) Scilicet, Est. Autem) Quando in fine po
tum est cum interrogatione, adfert indignitationem
Multum) s. Agelli esset. Confirmatio, quæ tantu
perstringit Argumenta. Faciendum) s. Tibi, Q
tu es qui prædicasti humanitatem ubique, qui laud
uit ἀπείκειαν & humanitatem Huic) id est, Pa
philæ uxori Aeschini. Bonus) s. Hegio. Huic) id e
Sostratæ tuæ uxoris futuræ. Noster) .i. Affinis u
amicus. Datur) s. Tali uiro Hegioni. Recte) id es
Iuste, merite, commode.

Verbum) Scilicet Axioma, Sententiam com
munem. Meum illud) Id est, Non in me quadra
Dixti) Laudat enim Ironicæ. Dudum) Newlich
Quod) Scilicet, Verbum. Omnium) s. Hominum
in senectute, uel, qui sunt senio confecti. Attenti) s.
Quod nos senes nimis sumus auari. Ad rem) Id es
Ad corradendas opes Maculam) Id est, Ignomin
am uel suspicionem auaritiæ. Effugere) s. Ne uide
mur nimis esse attenti ad rem. Turpe est doctori, cu
culpa redarguit ipsum. Dictum) s. Ate. Fier
s. Ate quoque. Quid istuc) Pollicitatio cum indig
natione. Significat, quod coactus faciat. Dabitur
s. Hoc agelli, Istuc) s. Quid sibi uult illa emendic
tio. Istuc) Scilicet, Mendicare, &was sol das bettle
sein. Dabitur) s. Hegioni. Hic) s. Aeschinus, m
us filius. Pater) s. Volo. Est loco gratiarum actio
nis. Tu) s. ô Mitio. Nunc) Serio triumphat. Co
pore) s. Iam conuenit inter nos. Gaudeo) s. Quo
inter nos conueniat. Animo) s. Est tam liberali

qua

quam ego sum. Suo) Epiphonema. Iugulo) Id est, Suis dictis & factis eum conuinco. Vide Eras. q: d. Incidit in foueam, quam fecit.

ARGVMENTVM M. AMBROSII IN ACT. V. SCEN. XI. Factum est, &c.

DEmea intelligens se apud omnes suos magnam inijsse gratiam, lenitate illa noua & blanditijs faciundum existimat, ut hac ratione porro utatur apud fratrem. Supra autem promiserat Syro omnem suam operam. Ideò hic se interponit precatorem ut ex seruo liber fiat propter præclara quædam facta, quæ ridicule enumerat Ironia quadam & irrisione. Hac re impetrata, pergit exorare fratrem, ut serui uxorem quoque liberam faciat, & ut pecuniam præ manu det, qua se & uxorem Syrus sustentet. In hac parte, quia aliquantulum difficilior em se præbet, frater ipse Demea liberaliter promittit pro Mitione, quod omnia tandem sit facturus. Cæterum in fine, ut natura Demeæ, quæ antea copiosissime descripta est, uideatur omnino esse illa tristis, austera & morosa, Reprehendere incipit educationem fratris, quæ assentando, indulgendo, largiendo constet. Tum filios acriter obiurgat, quod se uerum parentem, qui optima consulat, omnino negligant, & odio quodam prosequantur, Mitionem uero uehementer ament & colant.

ALIVD EIVSDEM.

IN fine fabulæ Demea suasor & author existit su fratri, ut Syrum ueteratorem, quasi de tota famil benemeritum unà cum uxore manu mittat, & præt terea etiam aliquid præ manu det, unde facilius se sistentet. Vt autem ostendat Poeta Demeam magis s mulasse mutatos mores, quam mutasse, fingit eund ad extremum rationem reddere huius subitæ mutati nis, adeoq; reuera improbare totam sententiam f fratris de e lucatione liberorum.

ALIVD EIVSDEM.

AD extremum Demea, ut apud omnes in famil fratris magnam ineat gratiam, impetrat Syro bertatem, & pro illius uxore propter eandem rem i ligentißime intercedit, simul etiam rogat, ut seruo tota familia optime merito aliquid præmanu det unde uti posßit, quoties res postulauerit. His iam i petratis, rationem reddit subitæ illius mutation significans, quod & principio dixit, sibi illud uite g nus, quod assentando, indulgendo & largiendo co stitutum est, penitus displicere.

ALIVD ἄδηλον.

OMnia ad bonum perducuntur finem. Ser Syrus precibus Demeæ libertate donatur

Mitione, Deinde ambobus filijs uxores conceduntur. Postremo subijcit causſam senex Demea, cur tam repente ex seueriſſimo homine ſit factus mitiſſimus.

ALIVD EIVSDEM.

IN hac poſtrema Scena oſtenditur, quam omnia ſint iucunda, & læta, ut eſt Cataſtrophe omnium Comœdiarum. Nam ſeruus hic donatur libertate cum uxore ſua, filij uxores iam diu adamatas & expectatas ducunt, Soſtrata nubit Mitioni. Porrò Demea reddit rationem mutatæ naturæ ſuæ. Poſtremo mores & uitam corruptiſſimam ſui temporis maxime perſtringit.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDREAE MIſeni in Act. V. Scen. IX.

Factum eſt, &c.

SErui) Leybeigene Leute, aut naſcuntur, cum parentes eorum ſerui ſunt aut ancillæ, fiunt aut ex captiuitate, cum in hoſtium poteſtatem perueniunt, aut iure ciuili, hoc eſt, Cum quis maior XX. annis ſe paſſus eſſe uendi. INGENVI dicuntur, qui nati ſunt in libertatem à parentibus liberis, ſiue ij ingenui utrique fuerint, ſiue liberti, Die frey geboren ſind/ vnd die Leybeigen geweſen ſein. LIBERTI, Libertini, Manumiſſi dicuntur, qui cum ſerui eſſent, li-

bertate donati sunt, Die frey gelassen sind/ nach dem sie zuuor Leibeigen waren. Fiebant autem liberti aut censu, aut uindicta, aut testamento. (Nam has tres species recenset M. Cicero in Topicis) aut ex sacris institutionibus in Ecclesijs, aut inter amicos, aut per Epistolam, aut alijs modis, quos recenset Imperator in institutionibus de Libertinis.

Per) Proprie significant, Durch, ut, Per plateam, Durch die Gasse. 2. Significat, Vmb, ut supra in Andr. Oro te per Deos. 3. Significat, Bey, in orationibus, ut, Per Deum, Bey Gott. Sic est hic, per Pol. id est, per pollucem. Infra in Hecyra.

De die) Id est, Interdiu. Catullus, Vos conuiuia lauta sumptuosa de die facitis. Plautus in Asinaria, Supra, Imò de nocte censeo, sicut & Horat. Sunt qui dicunt de nocte latrones.

Præ manu dare est) Quod uulgo dicunt, dare ante omnia, uel ante manum dare. Infra in Phorm. Dic quid uelis dare tibi in manum. Significat autem, quod Germani etiam dicunt, Einen etwas in die hende geben, daruon er sich nehre. Vide Hadrianum Cardinalem.

Faciet) Nihil moderate faciunt Demeæ, aut nimium uituperant, aut nimium laudant, neque aliquid iudicio faciunt, aut nimium parci sunt aut nimis prodigi. Vtrunq; autem uitium est. Supra sapienter dictum est in Andr. Omnia hæc mediocriter. Item, Ne quid nimis. Item, in loco ego uero laudo.

Quod

Quod proluuium) Metaphora est, hoc est, Quæ est ista tua prodigalitas, sicut & ipse Poeta se explicat, cum subijcit, quæ istæc subita est largitas. Proluere proprie significat, verschwemmen, cum fluuius diffluit. Atq; eo respiciunt Germani, cum dicunt, Sein Gut verschwemmen.

Si vobis mea vita inuisa est) Hoc est, Si improbatur uobis mea uita. Sic enim dicimus Latine, Tu es mihi inuisus, h. e. Ego odi te. Infra in Hecyr. Nos mulieres sumus inuisæ uiris.

Effundite) Effundere proprie significat, Außgiessen, ab ex & fundere. Hic per Metaphoram usus est, sicut & profundere, hoc est, Consumere rem familiarem, prodigere, seu decoquere, Sein Gut verschlemmen.

LIBER ESTO) De manumißione & eius partibus lege institutiones Iustiniani, lib. 1. Tit: 5. de Libertinis. Libertini sunt (inquit) qui ex iusta seruitute manumißi sunt. Manumissio autem est datio libertatis. Nam quamdiu aliquis in seruitute est, manui & potestati suppositus est, & manumissus liberatur à domini potestate, &c. Multis autem modis Manumißio procedit, aut ex sacris constitutionibus in sacrosanctis Ecclesijs, aut uindicta, aut inter amicos, aut per Epistolam, aut per testamentum, aut per aliam quamlibet optimã uoluntatem. Sed & aiijs multis modis libertas seruo competere potest, qui tam ex ueteribus, quam ex nostris constitutionibus introducti sunt. Serui uerò à dominis semper manumitti solent,

adeò, ut uel in transitu manu mittantur. Veluti cum prætor, aut præses, aut proconsul in balneum uel in theatrum eant, &c. Plura recensentur in C. de uindicta libertate, & apud Consilium manumißione. Item, de testamentaria manumißione. Hic in Adelphis exemplum manumißionis inter amicos describitur. Syrus enim seruus deprecante pro eo Demea sene, & Aeschino adolescente à Mitione hero manumittitur. Addunt autem hic uerba manumißionis, ESTO LIBER. Nam herus Mitio prehendens manu caput serui talia uerba manumittens pronunciat. Cicero in Tropicis tres tantum partes aut ſpecies enumerat, easq; præcipuas. Sic enim inquit, Si neq; casu, neq; uindicta, neq; testamento liber factus est, non est liber. Neque est ulla earum rerum, Non est igitur liber. Quod autem dicit Cicero, per censum, hoc sic accipiendum est. Antiquitus soli ciues Romani censebantur, cum census ageretur, id quod ex Liuio apparet, Si quis ergo consentiente uel iubente domino, nomen detulisset in censum, ciuis Romanus fiebat, & seruitutis uinculo soluebatur, &c. Vindicta uerò est uirgula quædam, lictor manumittenti serui capiti imponens, eundem seruum in libertatem uindicabat, dicens quædam uerba solennia, atq; ideò illa uirgula uindicta uocabatur.

DE

DE PVNITA IN GRATITVDINE LIBERTORVM ET LIbertinorum, Ex Suetonio in Claudio, cap. 25.

LIBERTINOS qui se pro equitibus Romanis agerent, publicauit. Ingratos, & de quibus patroni quererentur, reuocauit in seruitutem, aduocatisq; eorum, negauit se aduersus libertos ipsorum ius dicturũ. Apud Valerium lib. 2. cap. 1. extat memorabilis locus, qui habet etiam in Republica Athenienſi contra ingratos libertos sæueriſsimam legem latam fuisse. Verba hæc sunt: Age, quod illud institutum Athenarum? quàm memorabile? quod conuictus à patrono libertus ingratus iure libertatis exuitur? Subiicit autẽ Valerius verba legis. Supersedebo te, inquit, habere ciuẽ tanti muneris impium æstimatorem, nec adduci possum, vt credã vrbi vtilem, quem domi

mi sceleſtum cerno. Abi igitur, & ES-TO SERVVS, QVONIAM LIBER esse neſciuiſti Hinc & inſtituit, de Donationibus, permittitur, vt ñ, qui aliquid donauerunt, ob ingratitudinē eorum, quibus donauerunt, donationem reuocent, Sciendum eſt (inquit) tamē, quod etſi pleniſsimæ ſint donationes, ſi tamē ingrati exiſtant homines, in quos beneficium collatum eſt, donatoribus per noſtram conſtitutionem licentiam præſtitimus, certis ex cauſis eas reuocare, ne illi, qui ſuas res in alios contulerint, ab his quandam patiamur iniuriam vel iacturam, ſecundum enumeratos in noſtra cōſtitutione modos. Hinc præclare etiam conſtitutum fuit legibus Romanis, ne libertis vel libertinis, eorumque liberis contra parentes, liberoſq; patronorum & patronarum actio daretur, niſi id à prætore impetraſſent. Verba iuris hęc ſunt in Inſtitut. de pœna temere litigantiū. Qua parte prætor parentibus & patronis, item parentibus, liberiſq; patronorum & patronarū

hunc

hunc præstat honorem, vt non aliter liceat liberis libertisq; eos in ius vocare, quã si id ab ipso prætore postulauerint et impetrauerint. Et si quis aliter vocauerit, in eum pœnam Solidorum quinquaginta constituit. Valerius & hoc monuit, libro quinto capite tertio: Athenis præclare constitutum fuisse, vt contra quemuis ingratũ daretur in iudicio actio. Verba hæc sunt: Athenis aduersus ingratos actio constituta est & recte. Quia dandi & accipiendi beneficij commertium, sine quo vix vita hominum constat, perdit & tollit, quisquis bene merito parem gratiam referre negligit, &c. Huc refer omnes sententias omnium doctissimorũ. De fœdo vitio ingratitudinis pulcherrimus Minus est, Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT TEXTVM ACT. V. Scen XI. Factum est, &c.

ABsoluit καταστροφήν, & manumitti Syrum etiã facit, ut omnino omnia fiãt læta. Ctesiphoni conceditur

ceditur etiam Psaltria. Factum) ſ. Paries eſt amotus. Significans nihil eſſe facilius, quam boni aliquid corrumpere. Quod iuſti) Hoc eſt, Dirui iam maceriam. Iuſti) Pro, iuſſiſti, per Syncopen. Frugi), i. Es ſeruus omnino utilis, Der wol dienet in ein ſolch hauß. Profert hæc uerba cum magna Ironia tantum in odium fratris, ſicut ſequitur. Vt lætior ſit Cataſtrophe fabulæ, Syrus cum uxore in hac Scena manu mittitur, & Ctesiphoni quoq; Pſaltria habenda permittitur. Indicatur autem in hac Scena in fine præcipuus locus, & quaſi ſcopus totius fabulæ, nempe, facilitatem & indulgentiam gratiſſimam quidem eſſe adoleſcentibus, ſed longe utiliorem ſeueram caſtigationem & diſciplinam. Fruges ternæ, Die früchte die da auff der erden wachſen. Inde dictus eſt homo frugi, Ein rüſtiger Menſch/ oder ein außrichtiger Man/der ein ding bald kan außrichten. Frugi autem eſt generis Omnis, & indeclinabile. Hodie) ſ. Ne differatur res. Liberum) ſ. Manumitti, ut hoc ſummum accipiat beneficium. Istuc) ſ. Fieri affirmas. Aequum) Bene argumentatur Mitio, illud non eſſe æquum, nec eſſe hanc iuſtitiam, quæ debeat regnare in mundo, ut iſti, qui optime ſunt meriti, hoc præcium non aufferant. Factum) Serui enim non donabantur libertate, niſi ob præclarum factum, ut uidere eſt in prima Scena Andriæ. Factum) ſ. Benefactum, q. d. Quæ eſt cauſſa manumiſſionis. Multa) ſ. Bene facta ſunt, q. d. Sunt infinitæ cauſſæ, cur debeat manumitti. Multa) ſ. exiſtunt facta, quæ non poſſunt enumerari, & hæc omnia dicit ad contumeliam Mitionis.

Oh)

Oh) Enumeratio cauſſarum. Demea) Laudantis ſeu blandientis. Bonus) ſ. Quia tam es pro me ſollicitus, Vel, Cum hoc iudicas. Quia multa ſunt officia mea. Ego) Iam incipit narrare ſua merita. Ambos) Scilicet, Aeſchinum & Cteſiphonem. Vobis) ſ. In ueſtrum commodum. Docui) Recenſet officia pædagogica. Monui) Quia non ſatis eſt præcepta tradere, ſed etiam admonitiones. Præcepi) Id eſt, Nihil omiſi, ſed omnia feci, quæ pertinent ad rectam inſtitutionem. Res apparet) Approbatio Ironica, quaſi dicat, Res ipſa loquitur te fuiſſe tam diligentem Pædagogum. Et quidem) Illa dicuntur cum magna gratia. Porro) i. profecto, Re uera, Certe. Hæc) ſ. Sequentia docuiſti. Obſonare) Die jungen Geſellen lernen einkeuffen. Curaui) Ich habe gewart. Dum fide) ſ. Fideliter. Res apparet) Ironia qua Syrum perſtringit, ut qui corruperit potius, quam correxerit adoleſcentes. Obſonare) .i. Obſonia coemere, Tria hic recenſet officia, quibus ſerui ſolent inſeruire adoleſcentibus. De die) Id eſt, Interdiu Alij, ut Donatus, exponunt, pro, derepente, Auff ein eyle. Non mediocris) Epiphonema, q. d. Veniunt à ſingulari ingenio, Vel, Non quilibet hæc efficere poteſt, Vel, Putas hæc eſſe leuia & uulgaria. Cum fide) .i, Cythara.

O lepidum) Synechdoche, pro lepido homine, & fere ad laudem dicitur, ſicut ridiculum caput ad uituperationem. Eſt uox aſſentantis, & quaſi exultantis ſubinde magis atq; magis, quod ita pulchre omnia ſuccedant. Poſtremo) Ridicula enumeratio

tio quorundam factorum, propter quæ libertate donà tur Syrus, Estq; præteritio quædam. Hic) ſ. Syrus. Adiutor) Id eſt, impulſor, Author. Curauit) Scilicet, Solus, ut hoc fiat. Prodeſſe) .i. Tali ſeruo propter illa beneficia. Alij) quaſi dicat, Cum uident alij ſerui Syrum eſſe in tali honore, dabant operam, ut illum ſedulitate & diligentia imitant. Eſt Argumentum ab exemplo. Alij) Alterum argumentum, quare hoc ſit faciendum. Hic) Scilicet, Aeſchinus. Meliores) ſ. Obſequentiores. Vin' Pro, Vis ne. Hoc) Scilicet, Vt hoc ſeruo accidat, ut donetur libertate. Tu vis) ſ. Faciendum eſt. Vin' tu) Hoc non dicit ſine magna aliqua perturbatione. Cupio) Non mandat, ſed cupit tantum. Tu vis) Dicitur de corruptiſſima inſtitutione. Eho) Formula manumiſſionis ſeruilis. Vide Perſium Satyr. 5. & Murmelij Annotationes. Bene facis) Gratiarum actio. Seorſum) Scilicet, Habeo gratiam. Et ego) ſ. Gaudeo. Gaudeo) ſ. Te eſſe liberum factum. Gratulantis uox eſt.

Credo) Scilicet, Vos ambos gaudere & gratulari mihi iſtam felicitatem. Perpetuum) Id eſt, Solidum, Conſtans, integrum, Scilicet, propter adeptam libertatem. Phrygiam) Obliqua petitio. Commune prouerbium eſt, jhe mehr man gibt, jhe mehr man haben wil. Phrygiam) ſ. Quæ eſt emptacia Phrygia. Vtinam) Non eſt contentus, quod per ſua perſona illud conſecutus ſit, quod ſummum erat, ſed laborat etiam pro uxore. Ego, inquit, ſum liber, uellem etiam, ut etiam mea uxor manumittatur.

Opti-

Optimam) *scilicet, Iudico. Ironia.* Mulierem) *s. Liberam tecum videas.* Hæc) *s. Phrygia mea vxor.* Huius) *s. Aeschini.* Dedit) *i. Auia nutrix.* Hercle) *Ironia per Amphiboliam.* Serio) *id est, Extra iocum. Asseueranter.* Dedit) *scilicet, Mammã. Vult significare, quod antea quoque subiecit illud officium.* Emitti) *id est, Manumitti, aut fieri liberam.* Ob eam rem) *scilicet, quæ nullius est momenti.* Ob eam) *s. Censeo hoc faciundum esse, vt manumittatur Phrygia.* Sumito) *scilicet, Prophrygia, si omnino hoc recusas. Pollicetur aliquando suam libertatem, sed nihil dat.* Quanti) *scilicet, Empta.* Dij) *Gratiarum actio cum precatione.* Offerant) *q. d. Melius tibi accidit, quam vnquam ausus speraresses.* Oro) *id est, Opto.*

Processisti) *id est, Omnia fœliciter tibi successerunt. Dicit grauissime, Quia non probat hæc. Q. d. Hoc tibi accidit, quod minime æquum est. Tu nihil egisti, nisi omnia turbasti, & tamen hoc præmium aufers.* Siquidem) *scilicet, Restat.* Officium) *scilicet, Patroni. Nouæ petitio.* Paululum) *id est, Pecuniæ.* Huic) *s. Seruo.* Dederis) *&wirst ihm etwas fürstrecken/oder für die handt geben/dauon er leben mag.* Vtatur) *id est, Sustentet se, vel, Vt aliquid habeat.* Reddet) *s. Bona fide, scilicet, ad Calendas Græcas.* Reddet) *scilicet, Sortem, Die heupt-summa.* Vilius) *s. Est, quod petis, quam libertas.* Est) *s. Ille Syrus. Q. d. Non debes dubitare de ipsius fide.* Reddam) *s. Pecuniam, vel, Si quid pecuniæ præ*

manu dederis. Age) *Intercessio.* Istoc vilius) *id est, Nihil minus, Ich wolte ihm nicht geben/was anss einem nagel möchte ligen. Alij etiam exponunt, cum dederis illi libertatem, quod maximum est, cur non darem etiam pecuniam, quod est minus.* Post) *scilicet, Posteà.* Consulam) *s. Quod ad eam rem attinet.* Vilius) *Q. d. Tu hoc mihi pendis, quod donaui illi libertatem, nisi iam addam quoq; pecuniam.*

Faciet) *s. Pecuniam dabit.* Vir) *Magnifica prædicatio.* Quid istuc) *s. Rei est. Q. d. Quid hoc noui est. Admirantis est. Videt enim Micio hoc, quòd fit à patre, planè coactum quiddam esse.* Mores) *s. Durissimos.* Mutauit) *s. Qui antea fuisti durus, nunc factus es durissimus. Mores autem non facile in melius mutantur.* Istuc) *Interrogat, qua nam ratione sit mutatus. Redit ad naturam suam Demea. Hic enim ostendit Poeta magis eũ simulasse mutatos mores, quàm mutasse. Reddit autem causam seu rationem suæ simulationis, uidelicet, se hac morũ simulatione quasi exemplo illustri probare voluisse, quod indulgentia tantum, et prodigalitate fieret, vt diligerent eum adolescentes filij. Sed errat Demea. Nam vt verum est, quod adolescentes ament prodigalitatem, & indulgentiam. Ita etiam constat humanitate, clementia, lenitate, facilitate moderata facilius eos sæpe cum in officio retineri, tum emendari ac sanari, vbi quid deliquerunt, quam temulentia & asperitate. Vsq; adeò potior est, magisq; necessaria æquitas, quàm ius strictum. At Demea contra mi-*

len-

lenitatem Mitionis interpretatur indulgentiam quandam dissolutam, & profusione indecoram. Non reprehenditur ergo, quod cessantibus in officio filijs irascitur Demea (Nam & Mitio Aeschinum suum eam ob rem obiurgat & quidem grauiter) sed asperitas illa & amarulentia perpetua reprehendi merito debet, & est odiosa, & inuisa omnibus semper.

Prolubium) id est, Quæ est hæc promptitudo ad dandum. Græci vocant προθυμίαν. Alij legunt, Proluuiu, quod significat Metaphorice profusionẽ, aut prodigalitatem, quæ modum excedit. Subita) s. Repentina, insperata. So eine plötzliche mildigkeit. Ostendit rationes sui consilij, & exponit fratri non esse veras ac firmas amicitias, quæ hac largitate, ac liberalitate comparãtur, Iuxta versum, Donec eris felix, multos numerabis amicos, Tempora si fuerint nubila, solus eris. Dicam) .i. Ingenue fatebor rationem mutationis. Redit tandem ad ingeniũ Demea, & rationes sui consilij exponit. Id) id est, Per id. Ostenderem) s. Ideò feci, vt idte admonerem. Isti) s. Filij. Festiuum) .i. Humanum, lepidum, Fein höflich. Putant) s. Quod te solum amant. Vita) .i. Vero modo viuendi ex vera educatione, vbi vere viuitur. Neq;) Interpretatio. Quia vera vita debet constare ex æquo & bono. Aequo) s. Non fieri ex quadam virtute, sicut æquum esset, atq; parentes decet. Largiendo) s. Pecuniam. Obsequium enim amicos parit quasi dicat, Ideo mutaui mores meos, vt ostenderem non propter virtutẽ, sed propter indulgen-

riam à filijs diligi, quod tamen fieri non debebat. Nulla enim re magis, quam indulgentia liberi corrumpuntur. Est itaq; hic precipuus totius fabulæ locus, in educatione liberorum plus prodesse severitatem, quam facilitatem & indulgentiam.

Nunc) *Addit amplificationem, conuertitq; se ad Aeschinum.* Ob eam rem) *s. Quod non possum assentari, indulgere, & largiri.* Iusta) *s. Quia non omnia probo & permitto, quæ vos approbatis.* Iniusta) *i. Odiosa, iniqua.* Obsequor) *i. Concedo, Nachgeben.* Iniusta) *id est, Odiosa, Weil ihr mir so gram seid.* Obsequor) *id est, Obsequendo peccabo.* Missa facio) *id est, Nihil dicam porrò.* Effundite) *Consumite omnia. Loquitur ad Aeschinum, verschleminet alles/ oder verschlaudert etwer gut.* Emite) *s. Non necessaria. Loquitur ad Ctesiphonem.* Facite) *Machts wie ihr wolt. Pertinet ad omnes.* Facio) *id est, Illam severitatem, et duritiam meam. Concessio Ironica est.* Sed si) *Dictum de proprio officio patris, estq; grauissima sententia, Adolescentia est expers consilij.* Vultis) *s. Si illud placuerit, quod est filiorum.* Cupitis) *s. Quæcunq; lubent.* Consulitis) *id est, prouidetis, Das ihr euch das am wenigste bedencket.* Reprehendere) *Das ich darein zureden habe.* Videtis) *id est, Non animaduertitis.* Adolescentiam) *s. Propter ætatem, quæ est imbecillior.* Cupitis) *s. Illa, quæ vos non decet. Nitimur autem inuetum, cupimus semper q; negata.* Consulitis) *id est, Non cogitatis, quia porrò futurum sit.*

Ec

ACT. V. SCEN. IX.

Ecce) *Hic bin ich. Offert suam operam.* Permittimus) *id id est. Pro tuo iure omnia debes facere.* Scis) *scilicet, Aetate, Quia es homo senio confectus.* Facto opus) *id est, Quid non deceat, quod minime honestum sit,* De fratre) *id. De nuptijs fratris, seu de illius amore.* Habeat) *s. Illam vxorem mea voluntate.* Fratre) *scilicet, Ctesiphone.* In istac) *id est, Vitam suam transigat cum ea.* Faciat) *id est, Non [illegible] amare altam, sed hac sola sit contentus.* Istac) *s[illegible]cet, Psaltria, quam amat.* Rete) *Laudantis.* Plaudite) *Monet vt aliqua Comœdia de nouo repetatur. Est vox [illegible] Nam Romani solebant ita pl[illegible] manibus plaudere, Si Comœdia bene esset acta.* De fratre) *Hoc mago consilio addit Poeta. Nam ne Ctesiphonis videretur oblitus, paucis verbis* κατασφήμ *indicat.*

FINIS.

GORLICII

EXCVDEBAT

AMBROSIVS FRISCH,

Impensis Iacobi Aelij Bibliopolæ Lipsensis.

ANNO

M. D. LXXXII.







BIBLIOTEKA KÓRNICKA
14094/2